ut precedente diuino cultu vivamus sine scandalo plurimorum. **GRECVS.** Deinde assignatur causa tristie: traditio et passio christi: cum sequitur: Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis: et crucifixerunt eum. Subditur autem desperantium vox: cum dicitur: Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus israel. Sperabamus inquit: non speram: ac si mors domini similis esset mortibus aliorum. **THEOPHI.** Expectabant. n. christum saluatorem et redemptum populum israel ab ingruentibus malis et a servitude romanorum: ipsum quoque credebant terrenum regem fieri. quem putabant promulgatam in se mortis sententiam auferre potuisse. **BEDA.** Ad hunc ergo tristes icedebat: quia et seipso quodammodo arguebant: quod in illo redemptionem sperauerint: quem iam in cunctum viderant: nec resurrectum credebant: et maxime dolebant eum sine causa occisum quem nouerant innocentem. **THEO.** Didentur tamen hi viri non enim increduli esse per hoc quod subditur: Et nunc super hec oia tertia dies est hodie quod haec facta sunt. In quo videntur habere memoriam eius quod eis dominus dixerat se tertia die resurrectum. **GRECVS.** Idcirco relatam a mulieribus resurrectionis famam commemorat: cum subditur: Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que ante lacum fuerunt ad monumentum: et non inuenientem corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse: qui dicunt cum vivere. Dicunt quod hoc quasi non credentes: propter quod referunt se territos. i. stupefactos. non enim quod erat eis relatum firmum estimabant. aut angelicam illuminationem fuisse: sed stuporis et turbinis causam inde sumebant. Testimonium quoque petri non certum estimabant dum diceret: se non vidisse dominum: sed resurrectionem eius coniugere et eo quod corpus ipsius in sepulchro non iacebat. unde sequitur: Et abiérunt quidam et nostris ad monumentum: et ita iherusalem sicut mulieres dixerunt. ipse vero non inuenierunt. **AVGV.** de loco coram eius euangelista: Cum autem lucas dixerit petrum accurrisse ad monumentum: et cleopham dixisse: ipse retulit quod quidam eorum ierant

ad monumentum: intelligitur attestari ioan/ni q̄ duo ierint ad monumentum: sed petrus primo solum commemorauit: quia illi primi sus maria nunciauerat.

**E**t ipse dixit ad eos: O stulti et tra di corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christum et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a moysi et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Hane nobis cum quoniam aduerseris: et inclinata est iam dies. Et intravit cum illis. Et factum est dum reumberet cuiusvis eis accepit panem, et benedixit ac fregit et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum et cognoverunt eum. Et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad iniucem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via: et appetiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalem et inuenierunt congregatos vnde decim et eos qui cum ipsis erant dicentes q̄ surrexit dominus vere: et apparuit simili. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

**THEO.** Quia predicti discipuli nimia dubietate laborabant: dñs eos redarguit. vñ dicit: Et ipse dirit ad eos: O stulti si ere enim eadem dixerant que et astates cruci: Alios salvos fecit: seipsum nō pot saluum facere. Et tardi corde ad credendum in omnibus q̄ locuti sunt prophete. Contingit enim credere que locuti sunt prophete. particulariter qdā: et nō universaliter oīa: puta si aliquis credat que de cruce christi dicūtur a prophetis sic ut est illud: si oderūt manus meas et pedes meos. que vero spectant ad resurrectionem non credant: sic ut illud: Non dabis sanctum tu

um videre corruptionem. Nec autem i oībus fidem adhibere prophetis tam in glorio sis que de christo pdixerunt: q̄ in ingloriis: quia ex passione malorum est ingressus i gloriam. Vnde sequitur: Nonne hec oportuit patri christū: et ita intrare in gloriam suam: scilicet in humanitatem. **ISIDORVS.** S. Et si oportebat christum pati: tamen qui crucifixi erunt rei sunt pene: non enim satagebāt perficere quod deus disponebat. vnde et eorum executio fuit impia: dei vero dispensatio prudenterissima: qui nequitias eorum in beneficia generis humani conuertit: quasi vtens vipe reis carnis ad antidoti salutiferi consecutionem. **CHRY.** Et ideo dominus ostendit consequenter hec omnia non euensis simplificiter: sed ex dei proposito ante predestinato. vnde sequitur: Et incipiens a moysi et oīb prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis q̄ de ipso erant: q̄si diceret: Post q̄ estis tardi: ego promptos vos reddā: mysteria scripturarum vobis exponendo. Neq̄ sacrificium abrae cum isaac dimisso immolatus est aries: hoc prefigurauit. Sed et in alijs scripturis prophetis sparsim iacent mysteria crucis et resurrectionis xp̄i. **BEDA.** Si autem moyses et prophete de christo locuti sunt: et cum per passionem i gloriam intraturum predixerunt: quomodo gloria se esse christianū: qui neq̄ qualiter scripture ad xp̄i pertineant inuestigat: neq̄ ad gloriam quā cu christo habere cupit: per passionem attingere desiderat. **GRECVS.** Quia vero predictus euangelista: Tenebantur oculi eorum ne cum agnoscerent: donec sermo domini mentem eorum moueret ad fidem: conuenienter opportunity aspectum sui auditui subiungit. unde sequitur: Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse finxit se longius ire. **AVGV.** de que. euan. Quod non ad mendacium pertinet, non enim omne qdā fingimēdaciū est: sed quando id fingimus quod nihil significat: tunc mendaciū est. cum auctoritudo nostra refertur ad aliquam significacionem: non est mendaciū sed aliqua figura veritatis: alioquin omnia que a sapientibus et sanctis viris vel etiā ab ipso domino figura te dicta sunt mendacia deputabūtur: quis si visitatum intellectum nō cōfisiūt veritas in talibus dictis. Sicut aut̄ dicta: ita etiā fingunt

sacta sine mendacio ad aliquā rē significādā.  
**GREGO.** in hōme. Quia ergo ehdnc i  
 eōū cordib⁹ peregrius erat a fide : ire se lō  
 gius finxit. If ingere nāqz cōpencre dicim⁹.  
 vnde t cōpositores lutifigulos vocam⁹. Mi  
 bil ergo simpler veritas p duplicitatē fecit: s̄  
 altē se exhibuit in corpore: qualis apud illos  
 erat in mente. Sed quia eē extranei a charita.  
 te nō poterāt: bi cum quibus charitas gradie  
 batur: eum ad hospitiū quasi peregrinum vo  
 cant. vnde sequitur: Et coegerunt illum. Ex  
 quo cteimplo colligitur quia peregrini ad ho  
 spitium nō solū inuitandi sunt: sed etiā trabē  
 di. **GLO.** Ille solum factis eum cogūt: sed  
 etiam verbis inducunt. Sequitur enim: Di  
 cétes: Manc nobiscū: quoniam aduerserascit:  
 t inclinata est iam dies. s. ad occasū. **GRE**  
**GO.** in hōme. Ecce autem cum p membra  
 sua christus suscipitur susceptores suos etiā  
 per semetipsum requirit. Sequitur enim. Et  
 intravit cum illis. Agensam ponunt: cibos  
 afferunt: t deum quem in scripture sacre et  
 positione non cognoverāt in panis fractione  
 cognoscunt. Sequitur enim: Et factum ē dū  
 recumberet cum illis: accepit panem t bene  
 dicit ac fregit: t porrigebat illis: t apti sūt ocu  
 li eorum t cognoverūt eū. **CHRY.** Qd  
 non de sensib⁹ oculis dictum est: sed de  
 sensu mentali. **AVGV.** de con. euā. Ne  
 qđenim clausis oculis ambulabant: sed icrat  
 aliquid quo non finerentur agnoscere qđ vi  
 debant: quod. s. caligo t aliquis humor effi  
 cere solet: non quia dominus nō poterat trās  
 formare carnem suam: vt alia renera esset ef  
 figies: quam solebant intueri: quandoquidē  
 t ante passionem transformatus est in mon  
 te: vt facies eius claresceret sicut sol. Sed nō  
 ita nunc factum est. non cūm incongruenter  
 accipimus hoc impedimentum in oculis eo  
 rum a satana fuisse ne agnosceretur iesus:  
 sed tantum a christo facta ē permisso usqz ad  
 sacramentum panis: vt veritate corporis ei⁹  
 participata: remoueri intelligatur impediment  
 tu inimici: vt christ⁹ possit agisci. **THEO.**  
 Sed t aliud innuit: qđ scilicet sumentibus sa  
 cratum panem aperiuntur oculi vt eum agno  
 scant. magnam enim t ineffabilem vnu habz.  
 domini caro. **AVGV.** de que. euā. Vel

qđ dominus se ire longius finxit: cum comi  
 tarct discipulis exponens sacras scripturas:  
 utrum ipse esset ignorantibus: significat qa  
 hospitalitatis officio ad suam cognitionem p  
 uenire posse homines intimauit: vt eum lon  
 gius ipse ab hominib⁹ abscesserit super oēs  
 celos cum eis transit: qui hec exhibet scrūs  
 eius. Teneat ergo christum ne longius ab eo  
 eat quisquis cathectatur verbo in omnibus  
 bonis ci qui se cathectat cōmunicat. Etenim  
 illi cathectati erant verbo cum exponeret eis  
 scripturas. Et quia hospitalitatem sectari sūt  
 cum quem in ipsa expositione scripturarū nō  
 cognoverunt: in panis fractione cognoscunt.  
 non enim auditores legis iusti sunt apd de  
 um: s̄ factores legis iustificabūt. **GRE**  
**GO.** in hōme. Quisquis ergo audita vult  
 intelligere: festinat ea que iam intelligere po  
 tut: opere implere. Ecce dominus nō est co  
 gnitus dum loqueretur: t dignatus ē cognosci  
 dum pascitur. Sequitur enim: Et ipē cua  
 nuīt ex oculis eorum. **THEO.** Non enī  
 tale corpus habebat: vt diuinus cum eis com  
 morari dcberet: t hoc pariter augeret affectuz  
 eorum. vnde sequitur: Et dixerunt adiuvicē:  
 Nonne cor nostrum ardens erat in nobis:  
 dum loqueretur in via t aperiret nobis scri  
 pturas. **ORIGE.** Id quod innuit qđ p  
 lati sermones a salvatore accendebat audiē  
 tum cor ad amorem diuinū. **GREGO.**  
 in ho. penteco. Ex auditō enim sermonē in  
 ardescit anim⁹: t corporis frigus recedit: mēs  
 in superno desiderio fit anxia. Audire libet  
 precepta celestia: t quot mandatis instruitur:  
 quasi tot facibus inflammatur. **THEO.**  
 Ardebat ergo cor eorum vel igne verborum  
 domini quibus intendebat tanqz veris. Vel  
 quia eo différētē scripturas: præcellebatur i  
 trinsecus cor eorum: qđ ille qui disserebat do  
 minus esset. Ad eo ergo letati sunt. vt nullaz  
 moram passi: mor reuersti sint in hierusalem.  
 t hoc est quod sequitur: Et surgentes eadē  
 hora: regressi sunt in hierusalem. surrexerūt  
 quidem eadem hora: peruenient autem p̄c  
 plures horas: sicut oportebat sexagita stadia  
 transeuntes. **AVGV.** de concor. euā. Ja  
 autem fama erat qđ surrexerat iesus a mulie  
 ribus facta: t a simone petro: cui iam appa  
 x

rnierat. Etenim isti duo hec inuenierunt loquentes illos ad quos in hierusalem venerunt. Sequitur enim. Et inueniunt congregatos undecim: et eos qui cum ipsis erant dicentes quod surrexit dominus vere: et apparuit simoni.

**BEDA.** Omnium enim virorum primo dominum apparuisse videt petro ex his quos euangeliste quatuor et paulus apostolus commemorauerunt. **CHRY.** Non enim simul omnibus se manifestabat: ut sereret fideli semina. nam qui primo viderat et certus erat: alijs refrebat. Deinde sermo prodies preparabat animum auditoris visioni: et ideo primo digniori et fideliori omnibus apparuit. Erat enim opus anime fidelissime. que prius acciperet hunc aspectum: ut minime turbaretur inopinata visione. Et ideo primo videtur a petro: ut qui primo confessus est cum christum: primo resurrectionem videre mercatur: et etiam quia eum negauerat: prius ei voluit apparere consolans eum ne desperaret. Post petru vero alijs apparuit: quandoque paucioribus: quandoque pluribus: quod duo discipuli confitentur. Sequitur enim. Et ipsi narrauerunt quae gesta erant in via: et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

**AVGV.** de concordia. euāge. Quod autem ait marcus annunciauerunt ceteris: nec illis credidcrunt: cum lucas dicat: quod iam inde loquabantur vere resurrexisse dominum: quid intelligendum est: nisi aliquos ibi fuisse qui hoc credere nollent.

### **T**ertia. iii. Luce. xxiiij. capi.

**S**icut iesus in medio eorum et dixit eis: Pax vobis. Egos sum: nolite timere. Et turbati vero et consternati estimabant se spiri-

tum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis et cogitationes ascenderunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes: quia ego ipse sum. Sed palpate et videte: quia spiritus carnem: et ossa non habet sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus et pedes.

**CYRIL.** Undique resurrectionis famam apostolos diuulgata et affectu discipulorum credo ad christi visionem venit desideratus: et querentibus et expectantibus reuelatur: nec disceptat ut de alio: sed cuiuslibet se offert. unde dicit: stetit iesus in medio eorum. **AVGV.** De concordia. euāge. Hanc ostensionem domini post resurrectionem et iohannes comēmorat. Sed quod dicit iohannes: Non cum ille fuisse apostolum thomam: cum enim lucam duo illi regressi in hierusalem: inueniunt congregatos undecim: periculum dubio intelligendus est quod inde thomas excribit: antequam dominus tecum loquentibus appareret. **DAT.** n. lukeas locum in sua narratione quomodo possit intelligi dum hec loquerentur: prius inde exisse thomam: et postea dominum intrasse: nisi quis dicat non illos undecim qui iam tunc apostoli vocabantur: sed discipulos illos undecim fuisse ex malo numero discipulorum. Sed cum adiunxit lucas: Et eos qui cum ipsis erant. Satis videtur declaravit cuiuslibet illos undecim apostolos qui vocabantur apostoli cum quibus ceteri erant. Sed videamus cuius mysterij gratia enim mattheum et marcum resurgentem ita mandauerit: Precedam vos in galileam: ibi me videbitis: Quod tamen completum est: tamen post multa completum est: cum sic mandatus sit ut aut hoc solum: aut hoc primum expectaret fieri debuisse. **AMBRO.** Unde hoc conuenientius arbitror quod dominus quidem mandauerit discipulis vi in galilea cum vidarent: sed illis ob metum intra conclave testitudinem primū se obtulisse. **GRECVS.** Nec hoc est promissi transgressio sed potius festinata ex benignitate impletio propter paucitatem discipulorum. **AMBRO.**

Posita vero confirmatis animis: vnde cum  
illis galilcam petisse. Vel nihil obstat si di-  
cantur panceores intra conclave; et in monte  
explures fuisse. EVSE. Duo enim cuan-  
gliste. s. lucas et iohannes: solis vnde cum huc  
scribunt apparuisse in iherusalem ceteri ve-  
ro duo in galilcam pperare non soluz vnde  
cum sed etiam universis discipulis et fratrib  
dixerunt angelum et salvatorem vidisse: de g  
bus et paulus meminit dicens: Deinde ap-  
paruit plus qz qui ingentis fratribus simul.  
Est autem verior solutio: qz prius qz in hicrusa-  
lem latitantibus semel aut bis visus est ad eo  
rum consolationez: in galilea vero non in co-  
clavi aut semel aut bis sed cum multa potesta  
te ostensionem sui fecit prebens se eis viuen-  
tem post passionem in signis multis ut lucas  
testatur in actibus. AVG. de con. euā.  
Vel quod ab angelo hoc est a domino dictuz  
est: propheticz accipienduz est. In galilea. n.  
fm transmigrationis significationem intelli-  
gendum occurrit quia de populo israel trans-  
migratur erant ad gentes: quibus apostoli  
predicantes non crederent nisi ipse dominus  
viam in cordibus hominum prepararet. et h  
intelligitur: Precedet vos in galileam. Se-  
cundum autem illud qz galilea interpretatur  
reuelatio: non iam in forma servi intelligen-  
dam est: sed in qua est equalis patri: quam p  
misit electoribus suis, illa erit reuelatio tandem  
vera galilea cum videbimus eum sicuti est.  
Ipsa etiam erat beator transmigration ex isto  
seculo in illam eternitatem. vnde ad nos ve-  
niens non recessit: et quo nos precedens non  
deseruit. THEO. Primo igitur domi-  
nus in medio discipulorum stans solito pa-  
cis affatu eorum turbinem sedat: stendens qz  
ipse idem est magister eorum qui hoc verbo  
gaudebat: quo etiam eos muniuit cum ad pre-  
dicandum misit. vnde sequitur: Et dixit eis:  
Pax vobis: ego sum: nolite timere. CY-  
RILLVS. Pudecat ergo nos pacis mu-  
nus deserere: quaz nobis hinc discedes chri-  
stus reliquit. Pax et res et nomen dulce quā  
et dei esse accepimus iuxta illud: Pax dei. et  
eius esse deum: iuxta illud: Deus pacis ipaz.

44

esse deum: iuxta illud: Ipse est par nostra.  
Pax bonum commendatum ab omnibus:  
obscuratum autem a paucis. Que autem est  
causa: Proximis ambitione dominij aut faculta-  
tum aut luor: aut odium: aut contemptus: aut  
aliquid huiusmodi ex his que dei ignaros vi-  
deamus incurrire. Dei quippe precipue pax  
est: que confederat omnia: cuius nihil est. adeo  
proprium sicut unitas nature: et pacificus sta-  
tus. Transsumitur vero ab angelis et divinis  
potestatibus: que ad deum et adhuc paci-  
fice se habent. Diffunditur vero per totā crea-  
turam: cuius est decor tranquillitas: in nobis  
autem manat sibi animam quidem per inue-  
stigationem virtutum et communicationem:  
sibi corpus vero in membrorum et elemento-  
rum commēsureatione: quorum alterum pul-  
chritudo. alterum sanitas appellatur. BE-  
DA. Discipuli autem moverant christum  
verum hominem: cuz quo tanto tempore fue-  
rant conuersati. sed postquam mortuus est:  
non credunt tertia die potuisse veram carnez  
de seculo resurgere. Putant ergo se vi-  
dere spiritum quem emisit in passione. vnde  
sequitur. Conturbati vero et conterriti: cristi  
inabant se spiritum videre. Error ille aposto-  
lorum secta est manichoz. AMBR. O.  
Adducti autem virtutum exemplis petrum  
et iohannem non credimus potuisse dubitare.  
Lur ergo lucas inducit fuisse turbatos: Per  
imo omnium quia paucorum opinionem sen-  
tentia maioris partis includit. Deinde quia  
et si petrus de resurrectōe crediderat: turbari  
tamen potuit qz se dominus cum corpore ve-  
ctibus obserans impronitus infunderet.

THEOPHILVS. Verum quia per  
verbū pacis non est sedatus turbo in ani-  
mabus discipulorum. aliunde indicat eis  
se filium dei esse: qui mentis cognoscet  
archana. vnde sequitur: Et dixit eis: Quid  
turbati estis: et cogitationes ascendunt in cor-  
da vestra? BEDA. Quales utiqz cogitatio-  
nes nisi false et perniciose? Perdidit. n. chri-  
stus fructum passionis: si no cēt vitas resur-  
rectionis: tanquam bon⁹ agricola disceret qz  
ibi plantauit inueniam: id est fidē que i cor de-

scendit quia desuper est. Egoitationes autem iste non desuper descenderunt sed de imo in cor sicut herba male ascenderunt. CYRIL. Hoc autem fuit evidensissimum signum quod non alius est qui videtur sed ille idem quem viderant in ligno mortuum; et positum in sepulchro quem non latebat aliquid eorum quem erant in homine. AMBROSIUS. Consideremus autem qua gratia secundum iohannem apostoli crediderunt qui gauisi sunt secundum lucam qui increduli redarguuntur. Et videtur mihi iohannes quasi apostolorum maiora et altiora tetigisse huc sequentia et humana prouima hic historico usus circuitu: ille compendio: quia et de illo dubitari non potest quia testimonium perhibet de his: quibus ipse interfuit: et ideo utrumque verum putamus. Nam et si in primo lucas eos non credidisse dicat: postea tamen credidisse demonstrat.

CYRIL. Comprobans autem dominus deuictam esse mortem et humanam naturam iam in christo corruptionem exuisse primo ostendit eius manus et pedes et clavorum foramina. unde subdit: Videte manus meas et pedes quia ego ipse sum. THEOPHILUS. Sed et aliud subiungit: palpationem scilicet manuum atque pedum cum dicit. Palpate et videte: quia spiritus carne et ossa non habet sicut me videntis habet quasi diceret: Vos putatis me esse spiritum. id est phantasma: sicut plures defunctorum circa sepulchra videri sunt soliti. Sed scitote quod spiritus neque carnem habet: neque ossa: ego autem carnem et ossa habeo. AMBROSIUS. Hoc autem dominus ideo dicit: ut speciem nobis sue resurrectionis ostenderet: nam quod palpatur corpus est. In corpore autem resurgentem: sed illud subtilius: hoc crassius: utpote adhuc terrene labis qualitate concretum. Non ergo per incorpoream naturam: sed per resurrectionis corpoream qualitatem christus clausa penetrauit. GREGORIUS. ruij. mora. Non enim in illa resurrectionis gloria corpus nostrum erit impalpabile: et ventis aereis subtilius ut euticius dicit: sed subtile quidem per effectum spiritualis potentie: palpabile autem per veritatem nature. Sequitur: Et cu[m] hec dixisset: ostendit eis manus et pedes. BEDA.

Quibus scilicet indicata clavorum vestigia claruerunt: sed secundum iohannem etiam latus eius ostendit: cum fuerit lancea perforatus: ut scilicet ostensa vulnerum cicatrice dubietatis eorum vulnus sanaret. Solent autem in hoc loco gentiles calumniam struere: quasi non valuerit dominus vulnera sibi inficta curare: Quibus respondendum est: quia non est consequens: ut qui maiora fecisse probatur: minora facere nequivent sed certe dispensationis gratia qui mortem destruxit: signa mortis delere noluit: primo quidem ut per hoc discipulis fidem sue resurrectionis astriueret: deinde ut patri pro nobis supplicans quale genus mortis pro homine pertulerit semper ostendat: tertio ut sua morte redemptis quas misericorditer sint adiuti: propositis eiusdem mortis indicis insinuet. postremo ut in iudicio quas iste damnentur impij denunciet.

C Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur: At illi obtulerunt ei partem pisces assi: et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me.

CYRIL. Ostenderat dominus discipulis manus et pedes: ut certificaret discipulos quod corpus quod passum fuerat resurrexit. Ut adhuc autem magis certificaret aliquid manducabile petiit. unde dicitur: Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur. GREGORIUS. nescio: Et iussu quidem legis pascha cum amaricantibus edebatur quia adhuc amaritudo manebat: post resurrectionem vero cibus fauo mellis dulcoratur. unde sequitur. At illi obtulerunt ei partem pisces assi et fauum mellis. BEDA. Ad insinuandum ergo resurrectionis luc

145

ritate non solum tangi a discipulis: sed etiam conuisci cum illis dignatur: ne arbitretur eum non solide. sed imaginabiliter sibi apparere. vnde sequitur: Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis. Manducauit quidem potestate non ex necessitate. Alter enim absorbet aquam terra sitiens: alter sol calēs: illa indigentia iste potētia. **GRE.** **CVS.** Si damus dominum vere comedisse: demus et omnes homines post resurrectionem ut ciborum fomentis. Sed que ex quadam dispensatione fiunt a salvatore: non sunt regula et norma nature: quoniam in quibusdam alijs dispensavit. Resuscitabit enim nostra corpora incorrupta qui tamen dereligit proprij corporis foramina: que clavi forae/rant et lateris circatricem ut ostendat quod manu post resurrectionem natura corporis nec est in aliam mutatus substantiam. **BEDA.** Manducauit ergo post resurrectionem: non quasi cibo indigenis: nec quasi in resurrectione quam expectamus cibis egere significatis: sed ut modo naturam corporis resurgentis astrueret. Myslice autem piscis assus quem christus comedit: significat christum passum: ipse enim latere dignatur in ags generis humani. Lapi voluit laqueo mortis nostre et quod si tribulatione assatus est tempore passionis sue: sed fauus mellis nobis extitit in resurrectione. In fauo quidem mellis utrancū natum exprimere voluit persone sue. Ita unus quod per mellis in cera est: mel vero in cera: est divinitas in humanitate. **THEO.** Didentur autem et comesta aliud habere mysterium. quod enim manducauit partem piscis assi: significauit quod naturam nostram in huius vite marinatantem assans eam igne proprie deitatis et exiccans eius humiditatem: quam a profundis yndis contrarerat: escam fecit diuinam: et eam que prius erat abominabilis preparauit deo cibum suauem: quod significat fauus mellis. vel per piscem assum significat vitam actinam consumentem nostram humiditatem laborum prunis. contemplationem vero significat per fauum mellis: propter dulcedinem eloquiorum dei. **BEDA.** Postquam autem visus est et tactus manducauit he in aliquo sensus humanos ludificasse videretur misit manus ad scripturas. vnde sequitur: Et dixit ad

illos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos: cum adhuc essem vobiscum. id est cum adhuc essem in carnem mortali in qua eritis et vos. tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat sed cum illis in eadem mortalitate non erat. et subdit: Quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. **AVGV.** de con. euau. Illud attendant qui magicis artibus christum tanta potuisse: et nomen suum ad apostolos i seconuertendos arte ipsa consecrassae delyrat utrum potuit magicis artibus prophetas divino spiritu anteq̄ in terra nasceretur imple re. Neq; cnim si magicis artibus fecit ut coleretur et mortuus magus erat anteq̄ natus cui prophetando venturo gens una deputa ta est.

**T**unc aperuit illis sensum ut inteligerent scripturas et dixit eis: Quoniam sic scriptum est: et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis tertia die: et predicare in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in oēs gentes.

**BEDA.** Postquam prebuit se videndum oculis: manibus contractandum: legis commemorauit scripturas: consequenter aperuit sensum: ut intelligatur quod legitur. vnde dicitur: Tunc aperuit illis sensum: ut intelligerent scripturas. **THEO.** Alioquin quomo do eo: um anima turbata et vacillans circa christi mysteriū studiisset. sed et verbis eos docuit. Sequitur enim. Et dixit eis: quoniam sic scriptum est: et sic oportebat christum pati scilicet per lignum crucis. **BEDA.** Perdidit autem christus fructum passionis: si non esset veritas resurrectionis. vnde subdit: Et resurgere a mortuis die tertia. Deinde post commendatam sui corporis veritatem: commendat ecclesie unitatem cum subdit: Et predicare in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. **EVSE.** Dicatum enim erat. Postula a me: et dabo tibi gentes hereditatem tuam: O portebat autem censeros ex gentibus expiari a quolibet contagio et macula ipsius virtutem quasi contaminates ab errore demonum: ydolatrie: et quasi

super quasi concuersos a vita eretabili et im-  
pudica. et ideo dicit: quod oportet predicari prius  
quidem penitentiam: consequenter remissio/  
nem peccatorum in omnes gentes. Eis enī  
qui prius q̄d veraz ostenderunt maloz pniaz:  
salubri gratia veniam commissorum dona/  
vit: pro quibus et mortem subiit. THEO.  
In hoc vero q̄d dicit Iohannem et remissionem  
peccatorum etiam de baptismate meminit in  
quo per depositionem priorum scelerum sub/  
sequitur venia peccatorum. Sed quo pacto i/  
telligetur in solo christi nomine baptismata  
fieri: cum alibi mandet hoc fieri in nomine pa/  
tris et filij et spiritus sancti? Et primo quidem  
dicimus q̄d non intelligitur q̄d in solo christi  
nomine fiat baptisma: sed q̄d christi baptisma  
et aliquis baptizetur idest spiritualiter non in/  
daice nec tali quali iohannes baptizabat ad selā  
penitentiam: sed ad spiritus almi participatio/  
nem. sicut et christus in iordanē baptizat ostē  
dit spiritum sanctum in specie columbina.  
Ipsorum baptisma in christi nomine idest mor/  
te christi intelligas: sicut enim ipse post mor/  
tem triduo resurrexit sic et nos ter in aquam  
mergimur et conuenienter emergimur incor/  
ruptibilitatis spiritus arraz recipiētes. Hoc  
etiam christus nomen constinet in se: et patrē  
quasi vincorem et spiritum quasiunctionem:  
et filium quasi vincutum. scilicet fūm humanaam  
naturam. Non autē decebat amplius bipar/  
litum esse humanaum genus in iudeos et gen/  
tiles.

C Seria. iiiij. Joannis. xxi. api.

**M**anifestauit se iterum ie/  
sus ad mare tyberiadis.  
Manifestauit autē sic:  
Erant simul simon petr⁹  
et thomas qui dicitur di/  
dym⁹ et nathanael qui erat a chana ga/  
lilee: et filii zebedci et alijs ex discipulis  
cins duo. Dicit ei simon petrus. Ua/  
do pescari. Dicūt ei: Venimus et nos  
tecum. Et exierunt et ascenderunt in na/  
uum: tilla nocte nihil prenderunt.

Anc eutem facto stetit iesus in lit/  
tore: non tamen cognoverunt discipu/  
li: quia iesus est. Dicit ergo eis iesus:  
Pueri: nunquid pulmentarium habe/  
tis? Responderunt ei: Nō. Diciteis:  
Dittite in dextram nauigij rhete: et  
inuenietis. Misserunt ergo et iam nō  
valabant illud trahere per multitudi/  
ne piscium: Dicit ergo discipulus ille  
quem diligebat iesus petro: Domini⁹  
est. Simon ergo petrus cum audisset  
quia dominus est tunica succinxit se.  
Erat enim nudus et misit se in mare.  
Alij autem discipuli nauigio venerint.  
Non enī lunge erant a terra: sed qua/  
si cubitis ducentis trahentes rhete p/  
scin̄. Ut ergo descenderunt in terrā:  
viderunt primas positas et pescem sup/  
positum: et panem. Dicit eis iesus: Af/  
ferite de pescibus quos p̄cedidistis nūc.  
Ascendit simon petrus et traxit rheti  
terram plenum magnis pescibus centū  
quinquaginta tribus. Et cum tanti es/  
sent: non est scissum rhetē.

AVGV. Quod immediate euangelista  
premisserat: veluti huius libri indicat finem:  
sed narratur hic deinde quēadmodum se ma/  
nifestauerit domin⁹ ad mare tyberiadis. vñ  
de dicitur: Manifestauit se iesus iterum ad  
mare tyberiadis. CHR Y. Dicit autē po/  
stea: quia non continue cujus eis ambulabat vt  
antea. Dicit etiam. Manifestauit se: qđ non  
videretur nisi cōdescenderet: quia incorrup/  
tibile erat corpus. Loci autem meminit ostendens  
quoniam plurimum timoris eis domi/  
nus abstulerat: vt de reliquo ipso longe a do/  
mo procedant non ultra in domo conclusi: s̄  
in galileam ierant periculū declinantes iu/  
daicum. BEDA. More autem solito euangeli/  
sta prius retulit causam: deinde quēad/  
modum res gesta sit enarrat, unde sequitur:  
Manifestauit autem sic. CHR Y. Quid vero  
neq̄ spiritus datum erat; neq̄ aliquid tunc erat

eis commissum: neq; aliquid habebant age, re: artem piscatoriam tractabant. vnde sequitur: Manifestauit autem sic: Erant simul si mon petrus & thomas qui dicitur didymus: & nathanael q; erat a chana galilce: qui. s. vocatus est a philippo: & filij zebodei. s. iacobus & ioannes: & alijs ex discipulis eius duo. Dicitur eis simon petrus: Vado piscari. GREGO. in ho. Querit potest cur petrus qui pscator ante conuersionem fuit: post: conuersio nem ad piscationem rediit: cum veritas dicat: Nemo mittens manum ad aratum: & respiciens retro aptus est regno dei. AVGVSTINUS. Quod si fecissent discipuli: defuncto iesu priusq; resurrexisset a mortuis: putaremus eos illa que animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc vero post cum sibi de sepulchro redditum viuum: post ipsa vulnerum loca: post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum subito fiunt sic fucrant non hominum sed pscium pscatores. Respondendum est ergo non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victimum necessarium querere: sui apostolatus integritate scruata: si quando vnde viuerent aliud non haberent. Sic enim beatus paulus ea potestate quaz pfecto cum ceteris euageliis predicatoribus habebat: non cum ceteris vteretur sed stipedio suo militaret: ne gentes a nomine christi positas alienas: doctrina eius quasi venalis offenseret: aliter educatus artem quam non nouerat didicit vt dum suis manibus transfigitur doctor: nullus grauaretur auditor: Quanto magis beatus petrus qui iam pscator fuerat quod nouerat fecit: si ad preses illud temp: aliud vnde viueret non inuenit. sed respondebit quispiam: Et cur non inuenit cum dominus promiserit dicens: Querite primum regnum dei & iusticiam eius: & hec oia apponentur vobis? Proorsus etiam dominus qd promisit implevit. nam quis alius pisces que caperet apposuit: qui non ob aliud credend: est eis ingressisse penuria qua cogarentur ire pscatum nisi depositum volens exhibere miraculum: GREGO. in ho. Negociuz ergo quod ante conuersionem sine peccato exiit: hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. vnde post conuersionem suam ad pscationes petrus rediit. Ad atheus vero ad thelonij negotiū nō resedit: Sunt. n. pleraq; negotia q.

76

sine peccatis exhiberi aut vir aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum implicat: ad hec necesse est vt post conuersionem animus non recurrat. CHRYSOSTOMUS. Alij autem discipuli sequebatur petruz. vnde dicit: Dicūt ei: venimus & nos tecū. Colligant. n. de reliquo sibi iniicim erant. Simul volebant pscationem videre. Sequitur: Et erie. & ascē. i naūm. In nocte autem pscabantur: qd adhuc formidolosi erant. GREGO. It acta ē autem discipulis pscatiois magna difficultas: ut veniente magistro: fieret admirationis magna sublimitas. vnde sequitur: Et illa nobilis prediderūt. CHRYSOSTOMUS. Laborantib; aut: & afflictis discipulis assistit iesus. vnde seq: Adhuc autem sa. ste. ie. in lit. non tamē cog. disci. quia iesus est. Non enim scipsum moris ostendit: sed voluit & allocutionem cū eis inire. Et primo loquitur eis humanius. nam sequitur: Dicit eis ie. pue. nū. pul. ba? Hoc autē dicit quasi ab eis aliquid emere vellet: vt autē timuerūt: eis signū ostendit per qd cognoscerent. Sequitur. n. Dixit eis: Aditti. i. de. na. rhe. & inuenietis. Adulta autem cōsequēter facta sunt: quorum primum est: multos pisces esse comprehensos. vñ sequit: Adserit ergo rhe. & iam nō vale. illud tra. pre mul. piscium. Sed in christi cognitione petrus & ioannes suos proprios modos ostenderūt. Ioannes. n. perspicacior erat: & ideo primo cognovit christum. vñ sequitur. Dicit ergo disci. il. quē. di. ic. pe. dñs ē. BEDA. Hoc ē dīctio sic sepe: ita & hic suā demonstrat psonaz. Cognovit autē primus dñs sine miraculo isti pscationis: sine sono precognitī vocis: sine prime reminiscētis pscationis. CHRYSOSTOMUS. Petrus autem feruentior erat: & ideo promptius venit ad christum. Sequit. n. Simon petrus cū audisset: qd dominus ē tunica succinit se. erat enim nudus. BEDA. dicit autē petrus nudus fuisse ad cōparacionem ceterorum vestimentorum quibus rati solebat: si cut solemus dicere cum aliquem simplici vestimento videmus indutum: quare nudus incedis. Sine potest intelligi qd more pscatorum studio pscandi nudus incesserit. THEOPHILVS. Quod vero se pscinxit petrus pudoris est signum. precipit autem se linea amictu quē fenices & typi pscatores circunvoluit sibi cum nudi sint

x. iiiij

etiam ceteris indumentis appenunt. BE-  
DA. Eodem autem ardore quo et multa alia  
fecerat: venit ad Iesum. unde sequitur: Et mi-  
si se in mare. alij autem discipuli nauigio ve-  
nerunt. Non tamen intelligendum est petrum  
super fluctus venisse: sed aut natando aut pe-  
dibus. pro opere: quia erant prope terram. Se-  
quitur enim. Non longe enim erant a terra:  
sed quasi cubitis ducentis. GLO. Interpo-  
fitio est. Sequitur enim. Trahentes rhetem pi-  
scium. ut sit ordo littere: Alij discipuli nauigio  
venerunt trahentes rhetem piscium. Non  
longe enim et ceterum. GRY. Deinde aliud si-  
gnum ponitur cuius subdit: Ut ergo descen-  
derunt in terram: viderunt prunas positas  
et pisces superpositum: et panem. Non enim  
adhuc ex materia superposita operatur: sed ad  
id quod est mirabilius dicit signa ostendens:  
quoniam et ex subiecta materia ante cruce mira-  
cula faciebat propter quandam dispensationem.  
AVGVSTI. Non est autem hic  
intelligendum et panem fuisse primis super-  
positum: sed quasi dicaret. Viderunt prunas  
positas et pisces superpositum pruni: et vi-  
derunt panem. CHR Y. Ut autem ostendet  
non esse phantasma quod factum est: iu-  
bet ex pisibus ab eis captis affirri. Sequi-  
tur enim. Dicit eis Iesus. Afferte ex pisibus  
quos previdistis nunc. Deinde et aliud si-  
gnum fuit quod ex multitudine pisium rhetem non  
est scissum. unde sequitur: Ascedit Simon pe-  
trus et traxit rhetem ad terram plenum magnis  
pisibus centumquinquaginta tribus. Et cu-  
tanti essent non est scissum rhetem. AV-  
GV. Misticus autem in capture piscium co-  
mendauit ecclesie sacramentum: qualis futu-  
ra est in ultima resurrectione mortuorum. Et  
ad hoc commendandum valet quod tanquam finis  
est interpositus libri: quod esset etiam secutore nar-  
rationis quasi proemium. Qd autem septem  
discipuli fuerunt in illa pescatione: suo septe-  
nario numero finem significat temporis. uni  
uersum quippe septem diebus voluit tem-  
pus. THEO. Num autem non erat: ante  
solis Christi presentiam prophete nihil cepe-  
runt: quia tamen unam nationem Israel corige-  
re conarentur: illa tamen frequenter in idola  
tria liberabatur. GREGO. in ho. Queritur  
autem potest cur discipulis in mare laboran-  
tibus: post resurrectionem suam coram disci-

pulis in fluctibus maris ambulauit. Sed ma-  
re presens seculum significat: quod se causarum  
tumultibus et vnde vite corruptibilis illidit.  
per soliditatem autem littoris perpetuitas ge-  
tis eterne figuratur. Quia igitur discipuli ad  
huc fluctibus mortalium vite inerant: in mari  
laborabant. quia autem redemptor noster Iesus  
corruptionem carnis excesserat: post resurrec-  
tionem suam in littore stabat. AVGV.  
Littus etiam finis est maris: et ideo finem si-  
gnificat seculi. Sicut enim in hoc loco quali-  
ter in fine seculi futura sit: ita dominus alia  
pescatione significavit ecclesiam qualiter nec-  
sit. unde ibi Iesus non stabat in littore: sed ascen-  
dens in unam navem que erat simonis: ro-  
gauit eum a terra reducere pessimum. In alia  
pescatione non mittuntur rhetia in dexteram  
ne solos significant bonos: nec in sinistram  
ne solos malos: sed indifferenter: Laxate in  
quit rhetia vestra in capturam: ut permittas  
intelligamus bonos et malos. Hic autem in  
quit mittite in dexteram nauigij rhetem: ut si-  
gnificaret eos qui stabant ad dexteram solos  
bonos. Illud fecit in initio predicationis sue  
hoc post resurrectionem suam: hinc ostendens  
illum capturam piscium bonos et malos si-  
gnificare quos nunquam habet ecclesia ista: vero  
tantummodo bonos quos habebit in exter-  
num: completa in fine huius seculi resurrec-  
tione mortuorum. Illi autem qui pertinent  
ad resurrectionem vite id est ad dexteram: et i-  
ter christiani nominis rhetia defiguntur: non  
nisi in littore. id est in fine seculi cum resur-  
rerint apparebunt: Ideo non valuerunt sic  
trahere rhetia: ut in aqua refunderent quos  
ceperant pisces sicut de alijs dictum est. Ha-  
bet autem istos dexterous ecclesia post finem  
huius vite in somno pacis: velut in profun-  
do latentes donec ad littus rhetem perueniant:  
quod in prima pescatione duabus nauiculis:  
hoc isto loco ducentis cubitis tantum: centus  
et centum existimo figuratum propter virtus  
quod generis electos et circuncisionis et prep-  
cij. BEDA. Vel per ducentos cubitos ge-  
mina charitatis virtus exprimitur. per dilec-  
tionem enim dei et proximi christo appropin-  
quamus. Idiscis autem assus est christus pas-  
sus. Ipse latere dignatus est in aqua gene-  
ris humani. Capit voluit laqueo nostre no-  
cis: et qui nobis factus est pisces humanitas

te: extitit nobis panis nos reficiens sua divinitate. **GREGO.** Petrus autem sancta ecclesia est comisla. ipsi specialiter dicitur: **I**da se oves meas. quod ergo postmodum aperitur in voce nunc significatur in opere. Ipse enim pisces ad soliditatem litoris pertrahit: quia stabilitatem eterne patrie fidelibus ostendit: hoc egit verbis: hoc epistolis: h agit quotidianis miraculorum signis: sed cum rhetor magnis piscibus plenum dicitur: additur et quantum. et hoc est quod subditur: **M**plenum magnis piscibus: centum quinquaginta tribus. **AVGV.** In alia piscatione numerus piscium non exprimitur tanquam illud ibi fiat quod predictum est per prophetam. Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. **H**ic vero certus est numerus cuius redenda est ratio. Numerus enim qui leges significat decem est propter decalogum. **L**um autem accedit ad legem gratia idest ad litteras spiritus: quodammodo denario numero additur septenarius: septenario quippe numero significatur spiritus sanctus: ad quem significatio proprie pertinet. **M**rium cnum in legge sonuit sanguificatio in die septimo. Isaia etiam propheta cum commendat opere vel munere septenario. **L**uz itaque legis denario spiritus sanctus per septenarium numerum accedit sunt. x. et. vii. qui numerus ab uno usque ad scipsum computatis oibus: crescens ad centum quinquaginta tres perficit. **GRE GO.** Ducamus etiam per trigonum. x. et. ii. veniunt quinquaginta unum. In quinquagesimo autem anno cunctus populus ab omni operatione quiescebat: sed vera requies in quietate est. ubi enim scissura divisionis est: vera requies non est. **AVGV.** Non ergo tantummodo centum quinquaginta tres sancti ad vitam resurrecti significantur eternam: sed omnes ad gratiam spiritus pertinentes hoc numero figurantur: qui etiam numerus terbabet quinquagenarium numerum: et insuper ipsa tria propter mysterium trinitatis. Quinquagenarius autem multiplicatis septem per septem et viius adiunctione compleatur. viius autem additur: ut eos significet esse viuum. Non autem frustra dictum est quod erat magni. **L**umen enim dixisset dominus: Non veni solvere legem: sed implere: daturus spiritum utique per quem lex possit impleri pau-

cis verbis interpositis ait: Qui fecerit et docuerit: magnus vocabitur in regno celorum. In prima autem piscatione rhetore propter significanda scismata rupebatur: hec vero quoniam in illa summa pace sanctorum nulla erunt scismata pertinuit ad euangelistam consequenter dicere. Et cum tanti essent idest tam magni: non est scissum rhetor: tanquam illud respiceret ubi scissum est: et in illius natura comparatione commendaret hoc bonum.

**C** Dicit eis iesus: Venite prandete. **E**t nemo audiebat discubendum interrogare eum: tu quis es: scientes quod dominus est. **E**t venit iesus et accepit panem et dabat eis et piscem similiter. **H**oc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis.

**AVGV.** Per acta piscatione dominus eos ad prandium vocat. unde dicitur. **D**icit eis iesus: venite prandete. **CHRY.** Hic quidem non dicit quod comedit cum eis: sed lucas hoc dicit. **H**oc autem fiebat: non ut natura indigente cibis de reliquo sed condescensione ad demonstrationem resurrectionis facta. **AVGV.** xiiij. de quietate dei. **E** corpora autem uiolorum qua in resurrectione futura sunt: neque ligno vite indigebunt: quo fiat ut nullo morbo vel senectute inueterata moriantur: neque ullis alijs corporalibus nutrimentis: quibus esuriendi atque sitiendi qualis cunquam molestia devictetur: quoniam certo et in uiolabili munere immortalitatis inducentur. ut non nisi velint politate non necessitate recessantur. non enim potestas sed egertas edendi et bibendi talibus corporibus aufretur: si cut et salvator noster post resurrectionem iam quidem in spirituali carne sed tamen vera: ci bum ac potum cum discipulis sumpfit: non alimentorum indigentia: sed ea qua et hoc poterat potestate. **S**equitur: Et ne au. dis. iter. cum tu quis es: sci. quia dominus est. **A**c si diceretur. **AVGV.** super ioan. Nemo audiebat dubitare quod ipse esset. Tanta enim erat evidentia veritatis: ut corum non solum negare sed nec dubitare quidem ullius auderet: quoniam si quisque dubitarer ullus interrogaret. **CHRY.** Vel hoc dicit: quia de reliquo

non similiter confidebant ei loqui ut prius s; cum silentio & reuerentia multa sedebant at tendentes in eum: & formam quidem alteratam videntes & multa admiratione plenam valde stupefacti volebant interrogare. Sed formido in hoc q; sciebant q; dominus est detinebat interrogacionem: & scelum comedebat que eis dabit cum priori potestate: h; autem non respicit in celum neq; humana illa facit: ostendens quoniam condescensionis gratia siebat. vnde subditur: Et ve. ie. & acce. pa. & da. eis & pif. similiter. AVG. Mystice autem piscis assus christus est passus. Ipse est & panis qui de celo descendit. huic incorporatur ecclesia ad participandum beatitudinem semper eternam. propter hoc dictum est: Afferre de piscibus quos apprehendidisti nunc: ut omnes qui hanc spem gerimus per illum septenarium numerum discipulorum per quem potest in hoc loco nostra universitas intelligi figurata tanto sacramento nos communicare nossemus: & eidem beatitudini sociari. GREGO. Idem hoc etiam q; septem discipulis ultimum conuiuum celebrat: eos tantummodo qui septiformi gratia sancti spiritus pleni sunt: futuros secum in eterna refectione denunciat. septem quoq; diebus omne hunc tempus evoluitur & sepe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo ultimo conuiuio de presentia veritatis epulantur: qui tunc perfectis studio terrena transcedunt. CHRYS. Quia vero non continuo cum eis conuersabatur neq; similiter ut prius: subdit euangelista dicens: Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. AVG. Qd non ad ipsas demonstrationes: sed ad dies referre debemus id est primo die cum resurrexisset: & post dies octo quando thomas vidit & credidit: & hoc die quando hoc de piscibus fecit: & deinde quoties voluit usq; ad diem quadragesimum quo ascendiit in celum. AVG. de con. evan. Inuenimus autem apud quatuor euangelistas dies commemoratum dominum visum esse post resurrectionem: semel ad monumentum a mulieribus: iterum eisdem regredientibus a monumento in itinere: tertio petro: quarto duobus eundibus in castellum: quinto pluribus in iherusalem: ubi non erat thomas. sexto ubi vidit eum thomas: septimo ad mare

tiberiadis. octavo omnibus undecim in monte galilee s; mat. nono ut dicit marcus nouis sine recumbentibus. quia iam non erant in terra cum illo conuiuatur: decimo ipso die ascensionis non iam in terra sed eleuatu in nube.

## C Seria. v. Joannis. xx. cap.



Maria stabat ad monumetum foris plorans. Ergo fleret inclinavit se & prospexit in monumentum. Et vedit duos angelos in albis sedentes: unum ad caput: & unum ad pedes ubi positum erat corpus iesu. Sicut ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum: & nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dirisset conuersa est retrosum: & vedit iesum stantem & non sciebat quia iesus est. Dicit ei iesus: Mulier: quid ploras? Quis queris? Illa existimans quia hortulanus esset: Dicit ei: Domine si tu sustulisti eum: dicito mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei iesus: Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei iesus: Noli me tangere: Non dum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: dum mecum & deum vestrum: Venit maria magdalene annuncians discipulis quia vidi dominum & hec dixit mihi.

GREGO. in be. Maria autem magdalene que fuerat in civitate peccatrix amando veritatem lauerat lachrymis maculas cruminis: cuius mentem magna vis amoris accenderat: que a monumento domini etiam discipulis recedentibus non recedebat. Dicatur enim. Abie. ergo iterum discipuli ad semetipsos. AVG. Id est ubi habitabant: & vi-

178

de ad monumentum cucurrerant. Viris autem redcuntibus; infirmorem sexum in eodem loco fortio: ficebat affectus. unde sequitur: **M**aria stabat ad monumentum fo. plo. **AVG**. de con. euan. Id est ante illuz saeculi sepulchri locum: sed tamen intra illud spaciū quo iam ingressē fuerant: portus quippe illuc erat. **CHR Y.** Ne mireris autes quod maria amare habebat ad sepulchrum: petrus vero nihil tale passus est. compassibile enim est mulierē gen' et natura flebile. **AVG**. Oculi igitur qui dominum quiescerant: et nō inuenierant lachrymī vacabant: amplius dolentes quod fuerit ablatus de monumento quod fuerat occisus in ligno: quoniam magistratū cuius vita subtrahita fuerat nec memoria remanebat. **AVG**. de cō. euan. Viderat autem cum alijs mulieribus angelum sedcitem ad derris super lapidē revolutum a monumento: ad cuius verba cum fleret: prospetit in monumentum. **CHR Y.** Magnus nam ad mitigationem est in monumentum apparet: vide deniqz eam ut plus requiesceret: et inclinantem se et volentem locū videre ubi iacuit corpus. unde sequitur: **D**um ergo fle. incl. se et prosp. in monumentum. **GRE** **G O.** Amanti. n. semel asperisse non sufficit: quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. **AVG**. Minim. n. dolebat nec suis nec discipulorum oculis facile putabat esse credendum: an potius diuino instinctu in animo eius effectum est ut prosperaret. **REGO.** Quiescuit enim corpus et minime inuenit. perseverauit ut quereret: unde et contigit ut inueniret. actumqz est ut desideria dilatata crescerent: et crescentia carēt quod inuenissent: **S**ancta. n. desideria dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt: desideria non fuerūt. Ista itaqz que sic amat: que se ad monumentū quod prospererat iterum inclinat: videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur enim Et vidit duos angelos in albis sedentes. unum ad caput: et unum ad pedes ubi posuit fucrat corpus iesu. **CHR Y.** Quia enim non erat excelsa mulieris mens ut et sudarijs perciperet resurrectionem: angelos videt in leto habitu: ut et ipsa a passione mitigetur. **AVG**. Quid est autem quod unum ad caput et alter ad pedes sedebat: an quoni-

az qui grece angeli dicuntur: latine sunt numeri. Italo modo christi euangelium velut a capite usqz ad pedes: ab initio usqz in finem significabant esse nunciandum. **GRE.** Vel ad caput sedet angelus cum per apostolos predictatur: quia in principio erat verbum. et quasi ad pedes sedet cuius dicitur. Verbum caro factum est. Possimus etiam per duos angelos duo testamenta agnoscere: que dum par sensu incarnatum et mortuum: ac resurrexisse dominum nunciant: quasi testamentū prius ad caput: et testamentū posterius ad pedes sedet. **CHR Y.** Angeli autem apparentes nihil de resurrectione dicunt: sed paulatim in eum qui de resurrectione est intrant sermonem. Quia. n. mulier ultra consuetudinem predictarum habitum viderat: ne turbetur audiuit cō passionis voce. unde sequit: Dicunt ei illi: mulier quid ploras? Angelī lachrymas phebant: et futurū quodāmodo gaudiū nunciabant. Ita. n. dixerūt: Quid ploras? ac si dicearent: plorare noli. **GRE.** Ipsa. n. sacra eloquia quod in nos lachrymas amouis excitant: eas de lachrymas consolantur dū nobis redēptoris nostri speciem reprobant. **Avg**. At illa eos putans interrogasse nescientes causas prodit lachrymax. vñ sequit: Dicit eis: quod tu ierint dominum meum. Dominum suū vocat domini sui corpus exanimē: a toto partē significās: sicut oēs confitemur iesum xp̄m filiu dei sepultū: cū sola ei⁹ sepulta sit caro. Sequit: Et nescio ubi posuerūt eum. Hec erat cā maioris doloris: quod nesciebat quo iret ad consolandū dolorē. **CHR Y.** Nondū aut de resurrectione aliquid nouerat: sed adhuc translationem imaginabat. **Avg**. de con. euan. Hic intelligendi sunt surrexisse angeli: ut etiam stantes viderentur: sicut lucas eos visos esse commemorat. **Avg**. super ioan: Sed hora iam venerat qua id quod nunciātū quodāmodo fucrat ab angelis flere prohibebat: gaudium succederet flentibus. unde sequitur: Hec cum dixisset conuersa est retrosum. **CHR Y.** Sed quare ad angelos loquens et nondū ab eis aliqd audiens conuertere retrosum? **M**ibi videtur quod hec ea dicēte: xp̄s post cā apparuit: et angelī considerantes dominatōrē: et figura et inspectōne et motu confessim ostenderunt quoniam dominum viderunt: et hoc est quod mulierē conuerti retrosum fecit.

**GREGO.** Notandum etiam q; i maria que adhuc de domini resurrectione dubitabat conuersa retrorsum est ut videret iesum: quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum in domini faciem miserat quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat et dubitabat: videbat et non agnoscebat eum. Vnde sequitur: Et vedit iesum stantem et non sciebat quia iesus esset. **CHR Y.** Angelis enim ut dominator apparuit: mulieri vero nisi ita: ne eam ex prima visione stupefaceret. non enim oportebat eam repente ad excelsum reducere: sed paulatim. Sequitur: Dicit ei iesus. **Mulier quid ploras? quem queris?** **GRE GO.** Interrogatur doloris causa: ut augeatur desiderium quatenus eum nominaret quem quereret: in amore eius ardenter estuaret. **CHR Y.** Et quia in communione figura apparuit: estimauit cum hortulanum esse. Vnde sequitur: Illa estimans quia hortulanus erat: dicit ei: Domine si tu sustulisti cum dico mihi ubi posuisti eum: ut ego eum tollam. hoc est: si propter timorem iudeorum leuasti eum dicuo mihi et ego eum accipiam. **THEO.** Timebant enim ne iudici etiam corpori inservirent exanimi: et ideo volebat in alio loco in cognito illud transponere. **GRE GO.** forsitan autem nec errando hec mulier erravit que iesum hortulanum credidit: an non ei spiritualiter hortulanus erat qui in eius pectore per amoris sui vim semina virtutum viritia plantabat? Sed quid est q; viso eo quem hortulanum credidit: cui nec dum dixerat quem quererat ait: Domine si tu sustulisti eum: **H**is visus amoris hoc agcre solet in animo: ut quem ipse semper cogitat: nullum alium credit ignorare. Postquam autem eam dominus communione vocabulo appellauit et seru: et agnitus non est: vocat ex nomine. Vnde sequitur: Dicit ei iesus. **M**aria. ac si dicat: Recognosce eum a quo recognoscetis. **M**aria ergo quia vocatur ex nomine recognoscit auctorem: quia et ipse erat qui querebatur exterius: et ipse q; eam interius ut quereret docebat. Vnde sequitur. Conuersa illa dicit ei: Rabboni: quod dicit magister. **CHR Y.** Sicut enim iudeis quam doq; immanifestus erat: et presens: ita et loquens cum volebat seipsum notum faciebat. Qualiter autem conuersa dicit cum christus

ad eam loqueretur: **D**ibi videtur q; dicente ea: **O**bi posuisti eum: conuersa est ad angelos ut interrogaret: cur stupefacti essent. deinde christus vocans eam conuertit eam ad seipsum: et per vocem manifestum scipsum fecit. **AVGV.** Vcl quia prius conuersa corpore quod non erat putauit: nunc corde conuersa: quod erat agnouit. Nemo autem calumniatur mulierem q; hortulanum dixerit dominum: et iesum magistrum. ibi enim honorabat hominem a quo beneficium postulabat. hic recolebat doctorem: a quo discernere humana et diuina discebat. Alter ergo dum dixit: Sustulerunt dominum meum. alter autem Domine si tu sustulisti eum. **GRE GO.** Jam vero ab evangelista non subditur quid mulier fecit: sed ex eo innuitur quod audiuit. Sequitur: Dicit ei iesus: **M**oli me tangere. In his namque verbis ostenditur q; maria amplecti voluit eius vestigia quem recognovit. Sed cur tangi non debat ratio quo q; additur cum subiungitur. Nondum enim ascen. ad pa. meum. **AVGV.** Sed si stas in terra non tangitur: sedens in celo quomodo ab homine tangetur: qui certe antequam ascendet discipulis suis se obtulit tangendum dicens: **M**alpate et videte: quia spiritus carnis et ossa non habet: ut lucas testatur. Quis autem tam sit absurdus ut dicat cum a discipulis quidem antequam ascendisset ad patrem: se voluntate tangi: a mulieribus autem noluisse: nisi cum ascendisset ad patrem. Sed leguntur etiam femine post resurrectionem antequam ad patrem ascenderet tetigisse iesum in quibus erat etiam ipsa maria magdalena: narrante mattheo. Aut ergo hoc sic dictum est: ut in illa femina figuraretur ecclesia de gentibus: q; in christum non credidit: nisi cum ascendisset ad patrem: aut sic in se credi voluit iesus: hoc est sic se spiritualiter tangi q; ipse et pater unum sunt. Eius quippe in intumis sensib; quodam modo ascendit ad patrem qui sic in eo proficerit ut patri agnoscat equalem. Quomodo autem hec non carnaliter adhuc in eum credebat: quem sicut hominem flebat? **AVGV.** i. de tri. Tactus autem finem facit notionis: **I**oq; noluit in eo esse finem intenti cordis in se: ut hanc quid videbatur tammodo putaretur. **CHR Y.** Vel aliter: Volebat hanc mulier adhuc eum xpo

esse: sicut et ante passionem: et pre gaudio nihil magnum excoxitabat: quanvis caro christi multo melior facta fucrit resurgendo. Ab hac ergo intelligentia eam abducens diru: Moli me tangere: ut cum multa reuarentia ei loquatur. unde nec discipulis appareat de reliquo cum eis conuersans: ut reuarentius ei attendant dicens: Mondum enim ascendi ostendit quoniam illuc properat et festinat. Eum autem qui illuc debet abire: et non ultra cum hominibus conuersari non oportebat cum eadem videre mente qua et ante. et hoc manifestat consequenter dicens. Vade autem ad fratres meos et dic eis: Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum; dum meum et deum vestrum. HYLA. xi. de trinitate. Inter ceteras impietas suas etiam hoc dicio domini ut solent heretici: ut per id quod pater eius pater eorum est: et deus eius deus eorum est in natura dei non sit: sed in forma dei manens formam servi assumpsit. Et cu[m] hoc ad homines in serva forma christus iesus loquatur non ambigitur quin pater sibi ut ceteris sit ex ea parte qua homo est: et deus sibi ut cunctis sit ex ea natura qua seruus est. Denique hunc eundem sermonem cepit dicens: Vade ad fratres meos. fratres autem et carne sunt deo. Eterum unigenitus deus sine fratribus est. AVG. Vel aliter: Non aut patrem nostrum sed patrem meum et patrem vestrum. aliter ergo meum: aliter vestrum natura meum: gratia vestrum. Ne quis dicit deum nostrum: sed deum meum: sub quo ego homo. et deum vestrum: inter quos et ipsum mediator sum. AVG. de con. euani. Tunc ergo egressa est a monumento: hoc est ab illo loco ubi erat horum spaciun ante lapidem effossum: et cum illa alie quas secundum marcum invaserat tremor et panorum et nemini scilicet aliorum quicquam dicebant. unde et hic dicitur: Venit maria magdalene annuncians discipulis: quia vidi dominum: et tecum dixit mihi. GREGO. Ecce humani generis culpa ibi absconditur unde processit. quia enim in paradyso mulier viro propinavit mortem: a sepulchro mulier viris annuntiavit vitam: et dicta sui vinificatoris narrat: que mortificri serpentis verba narrauerat.

179

AVGV. de con. euani. **D**um autem cum alijs veniret: tunc secundum mattheum occurrit illis iesus dicens: Quete. Sic ergo colligimus angelorum collocutionem bis numero eas habuisse venientes ad monumentum: et etiam ipsius domini. semel scilicet quando maria hortulanum putauit: et iterum cum eis occurrit in via ut eas repetitione firmaret. et sic venit maria magdalene annuncians discipulis: non solum ipsa sed et alie quas lucas commemorat. BEDA. Mystice autem maria que interpretatur domina illuminata: illuminatrix: seu stella maris: significat ecclesiam que magdalena id est turenis dicitur. nam magdalona grece: latine turris dicitur: propter illum quod dicitur in psalmo. **I**f actus est mibi turris fortitudinis. In eo autem quod hec mulier discipulis christum resurrexisse nunciavit: omnes monentur: maxime quibus est commissum predicandi officium: ut siquid ei celitus revelatum fucrit: studiose proximis propinet.

## C Feria. vi. Mathei. xxviii. cap.



**V**nde decim autem discipuli abierunt in galileam in montem ubi constituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens iesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quecumque mandavi vobis. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: usque ad consummationem seculi.

BEDA. in home. Postquam domini cam resurrectionem ab angelo nunciata beatus mattheus asseruit visionem domini etiam a discipulis impletam refert dicens: Undecim autem discipuli abierunt in galileam

in montem ubi constituerat illis iesus. nam  
pergens dominus ad passionem ait discipu-  
lis: Post resurrexero: procedet vos in ga-  
lileam. Angelus quoq; mulieribus ait: Di-  
cite discipulis eius: quia precedet vos in ga-  
lileam. Quia propter missioni magistri obedi-  
entia discipulorum obsequitur. Recte autem  
vndecim discipuli ad adorandum pergunt  
iam enim unus perierat: qui dominus ac ma-  
gistrum suum tradiderat. **HIERO.**  
Post resurrectionem ergo iesus in galilee  
monte conspicitur: ibi q; adoratur: licet qui-  
dam dubitent & dubitatio eorum nostram au-  
geat fidem. Sequitur: Et videntes eum ado-  
rauerunt: quidam autem dubitauerunt.

**REMI.** Hoc autem lucas euangelista ple-  
nus manifestat: Resert enim quia cum do-  
minus resurgens a mortuis ipse appari-  
set discipulis: ipsi conturbati & exterriti: exi-  
stimabant se spiritum videre. **RABA.**  
In monte quidem apparuit eis dominus: ut  
significaret quoniam corpus quod de com-  
muni generis humani terra nascendo suscep-  
perat: resurgendo iam super terrena omnia  
subleuauerat: & ut admoniceret fideles: si illic  
celitudinem resurrectionis eius cupiunt vi-  
dere: hic ab infinis voluptibus ad super-  
na studeant desideria transire. Jesus autem  
discipulos in galileam preccedit quia christus  
resurrexit a mortuis primitie dominientium.  
Sequuntur autem hi qui sunt christi: & suo  
ordine ad vitam de morte transmigrant in sua  
specie diuinitate; contemplantes: & huic con-  
gruit q; galilea reuelatio interpretatur. **AV**  
**GV.** de consecra. euange. Sed consideran-  
dum est quomodo corporaliter in galilea do-  
minus videri potuerit: quia enim non ipso  
die quo resurrexit visus est manifestum est.  
nam in hierusalem visus est eo die in initio  
noctis: ut lucas & ioannes apertissime conso-  
nant: neque etiam in sequentibus octo die-  
bus: post quos dicit ioannes discipulis appa-  
ruisse dominum: vbi primo vidit eum tho-  
mas qui eum non viderat die resurrectionis  
eius: nisi quis dicat non illos vndecim qui  
iam tunc apostoli vocabantur: sed discipulo-  
rum illic vndecim fuisse ex multo numero di-

scipulorum. Sed occurrit aliud quod obfisi:  
Joannes enim quando commemoravit non  
in monte ab vnde: sed ad mare tiberiadis  
a septem pescantibus visum esse dominum.  
Hoc iam tertio inquit manifestauit se iesus  
discipulis suis quod intelligendum est ad nu-  
merum dierum retulisse: non ad numerum  
manifestationum. Si autem acceperimus in  
tra illos octo dies antequam eum thomas vi-  
disset ab. xi. discipulis quibusque dominum  
visum: non erit ad mare tiberiadis tertio  
manifestum esse: sed quarto: Ac per hoc co-  
gimur intelligere post omnia factum esse: q;  
cum in monte galilee discipuli vndecim vi-  
derunt. Inuenimus itaque apud quatuor euā-  
gelistas decies commemorationum dominus vi-  
sum ab hominibus esse post resurrectionem:  
Semel ad monumentum mulieribus: Iterū  
eisdem egredientibus a monumento in itine-  
re: Tertio petro: Quarto duobus cunctibus  
in castellum: Quinto pluribus in hierusalem  
vbi non erat thomas: Sexto vbi vidit cum  
thomas: Septimo ad mare tiberiadis: Octa-  
uo in monte galilee secundum mattheum: Mo-  
no q; dicit marcus: nonissime recumbentib;  
quia iam non erant in terra cum illo coniuia-  
turi: Decimo in ipso die non iaz in terra sed  
eleuatum in nube: cum in celum ascenderat  
quod marcus & lucas commemorant: sed no  
omnia scripta sunt: sicut ioannes fatetur: cre-  
bra enim erat eius cum illis conuersatio per  
dies. xl. priusquam ascendisset in celum.  
**REMI.** Videntes ergo discipuli domi-  
num cognoverunt: & icirco dumissis in ter-  
ram vultibus adorabant. & ideo pius & cle-  
mens magister ut omnem dubietatem aufer-  
ret a cordibus eorum: accedens ad eos cor-  
roboratione in fide. vnde sequitur: Et accedens  
jesus locutus est eis dicens: Data est mibi  
omnis potestas in celo & in terra. **HIE**  
**RO.** Illi autem potestas data est qui paulo  
ante crucifixus: qui sepultus in tumulo: qui  
postea resurrexit. **RABA.** Non enim hoc  
de coetera patri diuinitate sed de assumpta  
lequo humanitate secundum quam minora-  
tus est paulominus ab angelis. **SEVE.**  
Illi quisque dei: virginis filio: deus bo-

mini: diuinitas carni cōculit quod semper ipse cum patre possedit. **HIERO.** In celo autem et in terra potestas data est: ut qui ante regnabat in celo per fidem credentium regnet in terris. **REMI.** Quod ergo psalmista de resurgentे domino dicit. Constituisti eum super opera manum tuarum: hoc nunc dominus dicit: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et hic sciendum quia antequam dominus surrexisset a mortuis nouerant angelii se subiectos homini christo. Volens ergo christus etiam hominibus notum fieri et data esset sibi omnis potestas in celo et in terra: predicatores misit: qui verbum vite cunctis nationibus predicarent. **Vnde sequitur:** Euntes ergo docete omnes gentes: **BE DA.** in hom. Qui enim ante passionem suam dixerat In viam gentium ne abieritis: surgens a mortuis dicit: Ite docete omnes gentes. Quia propter confundantur iudei qui dicunt christum tantummodo ad suam salutem esse venturum. Erubescant et donati sunt qui localiter christum concludere cupientes dixerint tantummodo in aperta esse: non in alijs regionibus. **HIERO.** Primum ergo docent omnes gentes: deinde doctas intingunt in aqua: non enim potest fieri ut corpus baptisi recipiat sacramentum: nisi ante omnia fidei suscepit veritatem baptismatis eos in nomine patris et filii et spiritus sancti: ut quorum est una diuinitas sit una largitio nomenque trinitatis unus deus. **SE VE.** Omnes ergo gentes potestas una cuncte recreat ad salutem quas creauit ad vitam. **DIDI.** in libro de spiritu sancto. Licet autem quis possit existere mentis alienae qui ita baptizare conetur: ut unum de predictis nominibus pretermittat: videlicet contra rius christo legislatori. tamen sine perfectione baptizabit: immo penitus a peccatis liberare non poterit: quos a se existimauerit baptizatos. Ex his autem colligitur quam indubia sit substantia trinitatis: et patrem vere filij esse patrem: et filium vere patris filium: et spiritum sanctum vere patris et dei filij esse spiritum: et insuper sapientie et veritatis id est

filiij dei. **Hec est salus credentium: et dispensatio ecclesiastice discipline in hac trinitate perficitur.** **HYLA.** Quid enim in hoc sacramento salutis humane non continetur: plena sunt omnia ut a pleno et perfecto prolati. Habet enim nature sue nonen in patre: sed pater tantum est. Non enim humano modo habet aliunde quod pater est. Ipse ingenitus. eternus: habens in se semper: ut semper fit soli filio notus. si ilius autem est progenies ingeniti: unus ex uno: verus a vero: viuus a viuo: perfectus a perfecto: virtutis virtus: sapientie sapientia: glorie gloria: imago inuisibilis dei: forma patris ingeniti. Spiritus autem sanctus non potest a confessione patris et filii separari: et quidem ubique non debet hoc expectationis nostre solatum. hic in donorum operationibus future spei pignus est: hic mentium lumen: hic splendor animorum est. **Hec igitur licet mutare non possint heretici: afferunt tamen humana commenta:** ut sabellius patrem ex quo tendat in filium: idque nominibus potius confitendum putat esse quam rebus: cum ipsis filium proponat et patrem: ut ebion omne initium ex maria concedens: non ex deo heiminem: sed ex homine deum proferat: ut arriani qui ex nihilo atque ex tempore formam et sapientiam et virtutem dei producunt. **Quid autem mirum est ut de spiritu sancto diversa sentiant: qui in filio largitore eius iam temerarij sunt auctores.** **HIERO.** Consideratur autem hic ordo precipuus. Jussit apostolos ut primum docerent universas gentes: deinde fidei tingerent sacramento: et post fidem ac baptisma que essent obseruanda precepissent. **Vnde sequitur:** Docentes eos scruare omnia quicunque mandavi vobis. **RABA.** Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita et fides sine operibus mortua est. **CHRY.** in ho. Quia vero eis magna iniunxerat: erigens eorum sensus dicit. Et ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consu. seculi quasi dicat ne dicatis difficile esse iniunctum negocium: ego sum vobiscum qui emnia facio locua. Non autem cum illis solum dixit se futurum esse: sed et

cum omnibus qui post illos credunt nō enī  
vsg̃ ad consummationem seculi apostoli mā  
suri erant: sed sicut vni corpori fidelibus lo-  
quatur. RABA. Ex hoc autem intelligi-  
tur q̃ vsg̃ ad finem seculi non sunt defuturi  
in mundo qui diuina mansione t̄ inhabitatio-  
ne sunt digni. CHR Y. Rememorat autē  
eis t̄ consummationē: vt eos magis attrahat:  
t̄ ne presentia solum inspiciant: sed t̄ futura  
bona t̄ sine fine mansura. q. d. Tristitia quā  
sustinebūt simul cum presenti vita consume-  
tur: t̄ totum seculum in consummationem de-  
venit: bona autem quibus potiemini sunt in  
eternum permanusa. BEDA. in bom.  
Queritur autē quare hic dicat: Ecce ego vo-  
biscum sum: cum alibi dixisse legatur. Ha-  
do ad eum qui me misit: sed alia sunt que hu-  
manitati ascribuntur: t̄ alia q̃ diuinitati. Ibit  
ad patrem per humanitatem: manet autē cū  
discipulis in forma qua est patri equalis. Qd  
autem dicit: Vsq̃ ad consummationem seculi:  
finitum pro infinito ponitur. nam qui in pre-  
senti seculo manet cum electis eos protegen-  
do: ipse post finem cum eis manebit: eos re-  
munerādo. HIERO. Qui ergo vsg̃ ad  
consummationem seculi cum discipulis se esse  
promittit: t̄ illos ostendit semper esse victus-  
ros: t̄ se nunq̃ a credentibus recessurum.  
LEO papa in sermo. de pas. Qui enim  
ascendit in celos non deserit adoptatos: t̄  
ipse deorsum confortat ad patientiam: qui sur-  
sum inuitat ad gloriam. Unius glorie parti-  
cipes nos faciat ipse christus rex glorie: qui ē  
deus benedictus in secula amen.

## C Sabbato. Joannis. .xx. capi.

**V**na sabbati maria mag-  
dalene venit mane cuz̄ ad  
huc tenet esse ad monumentum: t̄ vidit lapi-  
dens reuolutum a monu-  
mento. Luxurrit ergo t̄ venit ad simo-  
nem petrum t̄ ad alium discipuluq̃ quē  
amabat iesus. t̄ dicteis: Tulerunt do-  
minus meuz̄ de monumento: t̄ nescio

vbi posuerunt eum. Exigit ergo petr⁹  
t̄ ille aliis discipulus: t̄ venerunt ad  
monumentum. Currebant autē duo  
simul: t̄ ille aliis discipulus precucur-  
rit citius petro: t̄ venit primus ad mo-  
numentum. Et cn̄ se inclinasset vidit  
posita lintheamina: non tamen introi-  
uit. Venit ergo simon p̄terus sequens  
cum: t̄ introiuit in monumentum. Et  
vidit lintheamina posita t̄ sudarium  
quod fuerat super caput eius non cum  
linthcaminibus positum: sed separat̄  
inuolutum in vnum locum. Tunc er-  
go introiuit t̄ ille discipulus qui vene-  
rat primus ad monumentum: t̄ vidit  
t̄ credidit. Nonduz enim sciebant scri-  
pturam: quia oportet cum a mortuis  
resurgere.

CHR Y. Quia iam transierat sabbatum;  
in quo impeditbatur a lege: non potuit ma-  
ria magdalene quiescere: sed venit profundo  
diluculo consolationem quandam a loco se-  
pulture inuenire volens. vnde dicitur. Una  
sabbati maria magdalene venit mane cum  
adhuc tenebre essent ad monumentū. AV  
GV. de con. euān. Venit quidem maria  
magdalene: sine dubio ceteris mulieribus q̃  
domine ministraverant plurimum dilectio-  
feruentior: vt non immerito iohannes solam  
commemoraret: tacitis eis que cum illa fue-  
rant sicut alijs testantur. AVG. super io  
annem. Una autem sabbati est: quem iā dīc  
dominicū propter domini resurrectionem  
mos christianus appellat: quem mattheus p̄/  
inam sabbati nominavit. BEDA. Dic-  
tur ergo: Una sabbati. hoc est altera sine pri-  
ma die post sabbatum. THEOPHI.  
Vel aliter: Hebdomade dies iudei sabbati  
nominabant: vnam autem ex sabbati diebus  
primum: futuri autem seculi exemplar est h̄  
dies: quoniam futuri seculi vna dies est ne-  
quaq̃ nocte interpollata. Deus enim ibi sol  
est: qui nunquam occidit. In hac igitur die do-  
minus resurrexit incorruptionabilitatem corpo-  
ris assumens sicut nos in futuro seculo icor-

ruptione induemur. AVG. de cō. euā.  
Quod autē marcus dicit: Valde mane oriē  
te iam sole: non repugnat ei quod h̄ dicit: Lū  
ad huc tenebre essent die quippe surgenie ali-  
que reliquie tenebrarum tanto magis extenu-  
antur: quātū magis oritur lux. Nec sic accipiē  
dum est quod ait marcus: Valde mane oto-  
iam sole: tanq; sol ipse iam videretur sup̄ ter-  
ram: sed potius sicut dicere solemus eis qui-  
bus volumus significare tēp̄ aliquid faci-  
endum: oto iam sole dicitur. i. de proximo  
adveniente in has partes. GREGO. in  
bo. Longrue autem dicitur: Eum adhuc te-  
nebre essent. Maria enim auctorem omnium  
quem carne viderat: mortuum querebat i mo-  
numento. et quia bunc minime inuenit: fura-  
tum credidit. Adhuc ergo erant tenebre cum  
venit ad monumentum. Scquitur: Et vidi  
lapide revolutū a monumento. AVG.  
de con. evan. Jam ergo factū erat quod solus  
mathe⁹ commenmorat de terremetu et lapide  
revoluto: Territisq; custodib⁹. CHR.Y.  
Surrexit quidem dominus lapide et signacu-  
lis de sepulchro iniacentibus: qz vero opone-  
bat et alios certificari aperitur monumentum  
post resurrectionem: et ita creditur quod factū  
est. hoc deniq; et mariam mouit. videns enī  
lapidem sublatum non intravit neq; prospe-  
nit: sed ad discipulos ex multo amore cū velo-  
citate cucurrit. Non dū autē de resurrectione no-  
uerat aliqd manifestum: sed putabat transla-  
tionem corporis esse factam. GLO. Et iō  
cucurrit nunciare discipulis: ut aut secūz que-  
retē: aut secum dolerent. Et hoc est qd seq/  
tur: Cucurrit ergo: et venit ad simonem pe-  
trum et ad alium discipulum quem diligebat  
jesus. AVG. Ia se commenmorare so-  
let qz eū diligebat jesus: qui vtq; omnes: s;  
ip̄z pre ceteris et familiari⁹ diligebat: Segt.  
et dicit eis: Tulerint dominū meū et nescio  
vbi posuerunt eum. GREGO. iij. mo.  
Hoc autē dicens totum pro parte insinuat: so-  
lum quippe corpus domini quæstura vene-  
rat: et quasi totum dominum sublatum deplo-  
rat. AVG. Nonnulli autē codices gre-  
ci etiam habent: Tulerint dominum meum:  
quod videri dictum potest propensiore chari-  
tatis vel famulatus affectu. Sed hoc in plu-  
ribus codicibus quos in promptu habemus  
non inuenimus. Discipulum autem quem

181

diligebat jesus scipsum dicit. nam quippe ita  
commemorare solet qz cum diligebat jesus. q  
vtiq; oēs: sed ipsum p̄e ceteris et familiari⁹  
diligebat. CHR.Y. Euangelista vero non  
privauit mulierem hac laude: ne verecundus  
existimat qz ab ea prius addiscerent. Audiē  
tes ergo illi cum multo studio monumēto i/  
sistunt. GREGO. Illi autem p̄e ceteris ..  
cucurserunt: qui p̄e ceteris amauerunt: v̄z  
petrus et ioannes. vnde sequitur: Exi ergo  
pe. et il. alijs disci. et venerunt ad monumen-  
tum. THEO. Sz si queras quo; odo astā  
tibus custodibus venerunt ad monumentū.  
Rudis questio: quoniam postq; dominus re-  
surrexit et vna eum terremotu assuit angelus  
in sepulchro: recesserunt custodes annuncia-  
tes phariseis. AVG. Eum autem iam  
dixisset. venerunt ad monumentum: regres-  
sus est vt narraret quomodo venerunt atq;  
ait. Currebant autem duo simul et ille alijs  
discipulus precucurru citius petro et venit p  
or ad monumentum. vbi ostendit qz ipse pri-  
or venerut: sed tanq; de alio cuncta narrat.  
CHR.Y. Veniens autem considerat lin-  
theamina posita. vnde sequitur: Et cum se i/  
clinasset vidi posita lintheamina: nihil tamen  
ipse plus perscrutatur: sed desistit. et hoc ē qd  
subditur: Non tamen introiit. Petrus ve-  
ro et feruidus introiens: vniuersa insperit  
diligenter et amplius vidi. Vnde sequitur.  
Venit ergo simon petrus et intro. in mo. et  
vidit lin. po. et sud. qd fu. su. ca. eius nō cum  
li. po. sed sep. inuol. in vn. lo. quod erat re-  
surrectionis signum. Necq; enim si quidem  
eū transstulissent: corpus eius denudassent:  
neq; si furati essent: huīus rei fuissent sollici-  
ti ut leuarent sudarium et inuoluerent: et po-  
nerent in vnum locum scorsum a lintheami-  
nibus: sed simpliciter vt se habebat suscepis-  
sent corpus. Ideo enim ioannes premiserat  
quoniam sepultus est cum myrrha que con-  
glutinat corpori lintheamina: vt non decipa-  
ris ab his qui dicunt eum furto sublatum eē.  
Non enim ita insensatus esset qui furareſ:  
vt circa rem superfluam tantum studium con-  
sumeret. Post petrum autem et ioannes in-  
troiit vnde sequitur: Tunc ergo intro. et ille  
disci. qui venc. pri. ad mo. et vidi et credidit.  
AVG. Nonnulli putant hoc ioannem  
credidisse qz jesus resurrexerit: sed quod se/

quoniam hoc non indicat. vidit ergo manem monumentum et credidit quod dixerat mulier. nam sequitur: Non dum enim sciebant scriptum. quia opus cum a morte resur. Non ergo cum credidit resurrexisse: quem nesciebat operari resurgere. quando autem ab ipso domino audiebant dominus apertissime diceretur: consuetudine tamen audiendi ab illo parabolam non intelligebant: et aliquid aliud eum significare credebant. **GREGORIUS**. in ho. Hec autem subtilis euangelistic descriptio a mysterijs vacare credenda non est. per iohannem iunctam synagogam: per seniorem vero petrum ecclesiam gentium designatur: quia et si ad dei cultum est prior synagoga quam ecclesia gentium: sed usum tamen seculi prior est multitudo gentium quam synagoga. Ecce curerunt autem simul: quia ab ortu sui tempore usque ad occasum per communem via: et si non pari et communem sensu gentilitas cum synagoga decucurrit: venit synagoga prius ad monumentum sed minime intravit: quia legis quidem mandata perceperit: prophetias de incarnatione ac passione dominica audiuit: sed credere in mortuum non iuit. Venit autem simon petrus et introiit in monumentum: quia secuta posterior ecclesia gentium christum iesum et cognovit carnem mortuum et viuentem credidit deum. Sudarium autem capitum domini cum linteaminibus non inuenitur quia caput christi deus et divinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostre cognitione disiuncta sunt: eiusque potentia creature transcendit naturam. Non solum autem separatum sed inuolutum inueniri dicitur: quod linteum quo inuoluitur: nec initium nec finis aspicitur. Emissudo autem divinitatis neccepit esse nec definit. Bene autem additur in uno loco: quia in scissura nichil deus non est: et illi eius gratiam habere merentur qui se ab invicem per sectarum scandala non dividunt. Sed quia solet per sudarium laborantium sudor detergi: potest et sudarium nomine intelligi labor dei. Sudarium ergo quod super caput eius fuerat: seorsum inuenit: quia ipsa redemptoris nostri passio longe a nostra passione disiuncta est: quoniam ipse sine culpa pertulit quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere voluit: ad quam nos venimus inuiti. Postquam autem intravit petrus: ingressus est et iohannes: quia in fine

mundi ad redemptoris fidem etiam indea colligetur. **THEO**. Vel aliter. Intellige per trum actuum et promptum. Joannem vero contemplatum: et docilem: erga rerum diuinorum habuisse peritiam. plerique autem preuenit contemplatus notitia et docilitate: sed actuus instantia seruans et sedulitate precepit illius acumen: et prius inspicit diuinum mysterium.

## **C** D om inica in octava pasce. Iohannes. xx. capi.



Am sero eet die illo una sabbatorum et fores esset clausae ubi erant discipuli congregati propter metu iudeorum: venit iesus et stetit in medio et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus et latus. Sicut sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis itez: Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cum dixisset: insufflavit et dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: et quorum retinueritis retinuntur. Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didymus non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidi dominum. Ille autem dixit eis: Nisi vidicro imibus eius figuram clauorum et mittam digitum meum in locum clavorum: et mittam manum meam in latus eius non credam.

**CHRISTUS**. Audierentes discipuli quod maria annunciavit consequens erat ut aut discrediret: aut credentes dolerent: quoniam eos non reputauit dignos sua visione. Hec igitur rogates: neque per ynam et iem dimisit per misericordiam: sed ex eo quod sciebant iam suscitatum esse: videre sicutibus et timidis christibus cum sero factum esset ipsis astutis, unde dicitur: Lu-

se esset die illo una sabba, et so. essent clause: vbi erant disci. congre. propter me. ii. BE DA. In hoc infirmitas apostolorum monstratur: qui foribus clausis intus congregati resident propter timorem iudeorum: quorum metu fuerant prius dispersi. Venit iesus et stetit in medio. Ideo autem sero apparuit: quoniam consequens erat tunc maxime eos timidos esse. THEO. Vel quia prestatabatur ut oes conuenirent. Ostijs vero clausis, ut ostendat quia eodem modo resurrexit adiacente lapide super monumentum. AVG. in ser. pa/ sce. Nonnulli autem de hac re ita mouentur: ut pene periclitent afferentes contra miracula divina preiudicia ratiocinationuz suaz. Sic enim disputant. Si corpus erat: si hoc surrexit de sepulchro quod pepedit in ligno: Quomodo: per hostia clausa intrare potuit? Si comprehendis modum: non est miraculum. ubi deficit ratio: ibi est fidei edificatio. AVG. super ioan. Adoli quidem corporis vbi diuinitas erat ostia clausa non ostendunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit quo nascente virginitas matris inviolata permanxit. CHR Y. Sed mirabile est qualiter phantasma eum non estumarunt: sed hoc fuit: quia mulier praeueniens: in eis mutant fidem operata est. Sed et ipse per visum manifestum se eis ostendit et voce eorum fluentem mentem firinavit. unde sequitur: Et dixi eis: Pax vobis. I. ne tumultuemini. In quo etiam commemorat verbuz quod ante crucem dixerat: Id accim incam do vobis: et rursus In me pacem habebitis. GREGO. Et quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuentium dubitabat: ostendit eis protinus manus et latus: unde sequitur: Et cum hoc dixisset ostendit eis manus et latus. Clavi enim manus fixerant: lancea latu apuerat: Ibi ad dubitantium corda sananda vulnerum sunt seruata vestigia. CHR Y. Et quia ante crucem eis dixerat: Tertium vidabo vos et gaudebit cor vestrum. hoc opere impletur. unde sequitur: Banisi sunt discipuli viso domino. AVG. xiij. de ci. dei. Claritas qua iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui: in christi corpore cum resurrexit ab aliis discipulorum postius abscondita fuisse

182

q defuisse credenda est. non enim eam fert humanus atq infirmus aspectus quando ille a suis ita deberet attendi ut posset agnoscere. CHR Y. Uniuersa autem hec eos ad fidem certissimam inducebant. quia vero prelum in expugnabile habebant ad iudeos: rursus eis pacem annunciat. unde sequitur: Dicit eis ergo iterum: Pax vobis. BEDA. Iteratio confirmatio est: siue ideo repetit quia gemina est virtus charitatis. vel quia ipse est qui fecit utraq unum. CHR Y. Simul quoqz demonstrat crucis efficaciam per quaz soluit omnia tristia et contulit omnia bona: et hoc est par. Adulteribus autem supra annuntiatum est gaudium. quia in tristitijs illud genus erat: et hanc suscepit maledictionem dicente domino: In dolore paries. Quia ergo universa prohibentia sunt destructa et directa sunt omnia de reliquo subdit: Sicut misit me pater: et ego mittio vos. GREGO. Pater quidem filium misit qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Itaqz dicitur: Sicut misit me pater et ego mittio vos: id est ea charitate vos diligo: cum inter scandalum persecutorum mittio qua me charitate pater diligit quem venire ad tolerandas passiones fecit. AVG. Equalem autem patri filium nouimus: sed h verba mediatis agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo: Ille me: et ego vos. CHR Y. Sic igitur eleuauit eorum animum et ab his que facta sunt et a dignitate mittentis et non adhuc deprecatione ad patrem fit: sed sua auctoritate dat eis virtutem. unde sequitur: hec cum dixisset insufflavit et dicit eis: Acci. spiritum sanctum. AVG. xi. de tri. Et latus ergo ille corporeus substantia spiritus sancti non fuit: sed demissio per congruam significationem non tantum a patre: sed etiam a filio procedere spiritum sanctum. Quis enim demississim daret alium fuisse spiritum quem sufflavit dedit: et alium quem post ascensionem suam misit. GREGO. Cur autem prius in terra discipulis datur: postmodum de celo mittitur nisi qz duo sunt precepta charitatis dilectio vide licet dei et dilectio proximi: in terra datur spiritus: ut diligatur proximus. ex celo datur spiritus ut diligatur deus. sicut ergo vita

est charitatem et duo precepta: ita unus est spiritus et duo data: prius a consistente domino in terra. postmodum datur ex celo quia proximi amore discitur qualiter perueniri debeat ad amorem dei. **CHR Y.** Quidam autem dicunt quoniam non spiritum dedit sed aptos eos ad susceptionem spiritus per insufflationem construxit. Si enim angelus videns danicel excessum mentis passus est quid ineffabilem illam gratiam suscientes passi essent nisi discipulos suos primitus instruisset? Ne quaquam autem quis peccabit dicens tunc suscepisse eos quandam potestatem spiritualis gratie: non ut mortuos suscipient et miracula faciant: sed ut dimittant peccata. unde sequitur **Quorum remi. pec. remit. eis: et quo. retinu.** reten. sunt eis. **AVGV.** Ecclesie charitas que per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris participum suorum peccata dimittit. eorum autem qui non sunt eius particeps tenet. Ideo postquam dicit: Accipite spiritum sanctum. continuo de peccatorum remissione et retentione subiecit. **GREGO.** Sciendum vero est quod hi qui prius spiritum sanctum habuerunt: ut ipsi innocentes vivarent: et in predicacione quibusdam prodeissent: sic circa hunc post resurrectionem domini patenter acceperunt: ut prodesse non paucis: sed pluribus possent. Libet ergo intueri: illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati ad quantum culmen glorie sint producti. Ecce non solum de scaphis securi fuisse: sed etiam principatum superni iudicij sortiuntur ut vice dei quibusdam peccata retineant: quibusdam vero relarent: horum nunc in ecclesia episcopi locum tenent: et soluendi ac ligandi auctoritatem suscipiunt: qui gradus regiminis sortiuntur. Grandis honor: sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nesciunt tenere moderationem vite sue iudex fiat vite alienae. **CHR Y.** Sacerdos enim et propriam bene dispensauerit vitam: aliorum vero non cum diligentia curam habuerit: cum perniciis in gehennam vadit. Scientes igitur periculi magnitudinem: multam tribuite eis devotionem: et etiam si non valde nobiles fuerint: non autem iustum est ab his qui in principatu subiiciuntur indicari: et si vita eorum fecerit valde detractabilis: in nullo ledes in his que sunt eis commissa a deo. non enim

sacerdos: sed neque angelus aut archangelus operari aliquid potest in his que sunt data a deo. Sed pater et filius et spiritus sanctus omnibus dispensant. Sacerdos autem suaz linguam et manum tribuit. non. non. iustum esset ut propter alterius malitiaz circa symbola nostre salutis ledit eos qui ad fidem veniunt. Omnibus autem discipulis congregatis solus thomas deficiebat a dispersione. quia iam facta erat unde dicitur. Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur dydimus non erat. cum eis quando venit iesus. **ALCVI.** Dydimus grece: latine geminus: propter dubium cori credendo: thomas abyssus: quia altitudinem diuinitatis certa fide penetrauit. **GRE.** Non autem calu gestum est ut electus ille discipulus tunc deesset. Egredi namque miro modo superna clementia ut discipulus dubitans dum in magistro suo vulnera palpareret carnis: in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis infidelitas thome ad fidem quam fidem credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur: nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. **BEDA.** Queritur autem potest quare hic euangelista tunc thomam defuisse dicat: cum lucas scribat quod duo discipuli cunctes in Emmaus reuersi in hierusalem inuenierunt undecim congregatos: sed datur intelligi quoddam fuisse interuallum quod ad horam thomas egressus sit: et iesus veniens in medio eorum stetit. **CHR Y.** Sicut autem simpliciter et qualitercumque credere facilitatis est: ita difficultate investigare est grossissimum mentis: et propter hoc thomas accusatur. Apostolis. non. dividentibus: quoniam vidimus dominum: non credidit: non tantum illis discredens: quantum rem putans impossibilem esse. unde sequitur. Dicerunt ergo ei alii discipuli: vidi mus dominum. Ille autem dicit eis: Nisi videro in manibus eius surram clavorum: et mittam digitum meum in locum clavorum: et mittam manum meam in latus eius non credam. Alijs. non. grossior christens eam que est per sensum grossissimum scilicet tactum que rebat fidem: et neque oculis credebat. unde non sufficit ei dicere: Nisi videro: sed addidit: Et misero digitum et.

**C** Et post dies octo iterum erant di-

scipuli eius intus et thomas cum eis.  
Eenit iesus ianuis clausis et stetit in  
medio et dixit eis: Pax vobis. Dein  
de et dicit thome: Inser digitum tuum  
huc: et vide manus meas: et affer manuam  
tuam: et mitte in latus meum: et noli es  
se incredulus sed fidelis. Respedit tho  
mas et dixit: Dominus meus et dominus  
meus. Dicit ei iesus: Quia vidisti me  
thoma credidisti: beati qui non viderunt  
et crediderunt. Multa quidem et alia  
signa fecit iesus in conspectu discipulo  
rum suorum que non sunt scripta in li  
bro hoc. Nec autem scripta sunt ut cre  
datis: quia iesus est christus filius dei:  
et ut credentes vitam habeatis in nomi  
ne eius.

CHR Y. Considera dominatoris clemen  
tiam: qualiter et pro una anima ostendit scip  
su: vulnera habentem et accedit ut saluet vnu:  
et nimis discipuli annunciantes digni erat  
fide et ipse promittens. Sed tamen quia so  
lus thomas quesiuit neq; hoc eum priuauit  
christus: non autem statim ei apparuit: sed p<sup>o</sup>  
dies octo: ut in medio a discipulis admoni  
tus accendatur in maius desiderium et fide  
or fieret in futurum. unde dicitur: Et post di  
es octo iterum erant discipuli eius intus et tho  
mas cum eis: Venit iesus ianuis clausis: et  
stet in medio: et dixit: Pax vobis. AV  
GV. i ser. pas. Queris a me et dicis: si per  
ostia clausa intravit: ubi est corporis modus?  
et ego rideo: si sup mari abulanit: ubi est corpo  
ris pod? sed fecit illud dominus ianuam: dominus: nun  
quid ligatur quia resurrecti destitutus esse domi  
nus? CHR Y. Astat itaq; iesus et non ex  
pectat a thoma interrogari: sed ut ostendat quo  
nam cum loquebatur ad condiscipulos ade  
rat: eisdem verbis usus est. Et primo quidem  
increpat vel improperat, unde sequitur: De  
inde dicit thome: inser digitum tuum huc: et  
vide manus meas: et affer manuam tuam: et mit  
te in latus meum. secundo autem erudit di  
cens: Et noli esse incredulus sed fidelis. vide  
quoniam infidelitatis erat ambiguitas: anteq;  
spiritus sanctus acciperent: postea autem no-

183

sed firmi erant de reliquo. Dignum autem est  
querere qualiter corpus incorruptibile typos  
habebat clauorum: sed ne tumultu crisi: con  
descensionis, non erat ut discrecent: quoniam ip  
se erat qui crucifixus fuerat. AVG. de  
symbolo: Idosset autem si vellit de corpore su  
scitato et clarificato omnem maculam cuiuslibet  
cicatricis abstergere: sed sciebat quare ci  
catrices in suo corpore reseruaret. Sicut eni  
demonstrauit thome non credenti nisi tange  
ret et videret ita etiam inimicis suis vulnera  
demonstratus est sua: non quod eis dicat sicut  
thome: Quia vidisti credidisti: sed ut conuin  
cens eos veritas dicat: Ecce hominem quem  
crucifixisti: videtis vulnera que infixisti:  
agnoscitis latus quod pupugisti: quoniam  
per vos et propter vos apertus est: nec tam  
intrare voluistis. AVG. xxij. de ci. dei.  
Nescio autem quomodo etiam sic afficiuntur  
amore martyrum beatorum: ut velimus in il  
lo regno in eorum corporibus videre vulne  
rum cicatrices que pro christi nomine pertu  
lerunt: et fortasse videbimus. non. n. defor  
mitas in eis: sed dignitas erit: et quedam q  
uis in corpore non corporis sed virtutis pul  
chritudo fulget. nec ideo tam si aliqua mar  
tyribus amputata et ablata sunt membra: sine  
ipsis membris in resurrectione erunt mortuo  
rum: quibus dictum est: Capillus capitis ve  
stri non peribit. Sed si hoc decebit in illo no  
vo seculo: ut indutia glorioformum vulnerum  
in illa immortali carne cernantur ubi mem  
bra ut presidarentur percussa vel secta sunt  
ibi cicatrices: sed tamen eisdem membris red  
ditis non perditis apparebit. Quanvis igi  
tur omnia que acciderant corpori vitia tunc  
non erunt. non sunt tam appellanda vitia:  
sed virtus indicia. GREGO. in bo  
yalpandam autem carnem dominus pre  
buit quam clausis ianuam introdurit: qua in re  
duo mura et iuxta humanam rationem valde  
fibicontraria ostendit: dum post resurrectionem  
corpus suum et incorruptibile: et tamen  
palpabile demonstrauit. Nam et corrupti ne  
cesserunt quod palpatur: et palpari non potest  
quod non corruptitur. et incorruptibilem se  
ergo et palpabilem demonstrauit: ut profecto  
post resurrectionem esse ostenderetur corpus  
suum et eiusdem nature et alterius glorie.  
GREGO. xij. mora. Corpus etiam no-



strum in illa resurrectionis gloria erit quidez  
subtile per effectum spiritalis potentie: s; palpabile per veritatem nature: Non autem sicut  
entius scripsit impalpabile: et ventis acreqz  
subtilius. AVG. Videbat autem thomas  
mas tangebatqz heminez: et confitebatur de-  
um quem non videbat neqz tangebatqz: sed  
per hoc quod videbat atqz tangebat: illud iaz  
remota dubitatione creddebat. vnde sequitur:  
Respondit thomas: et dicit ei: Dominus me  
us et deus meus. THEO. Qui prius in-  
fidelis fuerat: post lateris tactum optimuz se  
theologam ostendit. Nam duplarem naturam  
unicamqz hypostasim christi edisseruit. dicens  
do. n. Dominus meus: humanam naturaz:  
dicendo vero deus mens: diuinaz confessus  
est: et unum et eundem deum et dominum. Se  
quitur: Dicit ei iesus: Quia vidisti me credi-  
disti. AVG. Non ait tetigisti me sed vi-  
disti me qm generalis quodammodo est sen-  
sus visus. naqz et per quatuor alios sensus no-  
minari solet velut cum dicimus: Audi et vi-  
de qz bene sonet: olsac: et vide qz bene oleat:  
gusta et vide qz bene sapiat: tange et vide qz  
bene caleat. vnde et hic dominus dicit: Infer-  
dig. tunz huc et vide manus meas. Quid ali-  
ud ait qz tange et vide: nec tamen ille oculos  
babebat in digito. ergo siue intuendo siue eti-  
az tangendo haec ait. Quia vidi. me credidisti.  
qz duci possit non ausum fuisse discipulus  
tangere: cum se offerret ille tangendum.

Petite & accipietis: ut gaudium vestrum sit plenum. Hec in proverbiis locutus sum vobis: Venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis: sed palam de patre meo annūciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos quia vos me amastis & credidistis q; a deo exiui. Exiui a patre & vē i mū dū iterū reliquo mūdū & vado ad prēz **CHRY.** Kursus ostendit dominus q; expedit eum abire cum dicit: Et in illo die me non rogabitis quicq;. **AVGV.** Hoc verbum quod est rogare: non solum petere: verum & interrogare significat: & grecum euangelium vnde hoc translatū est: tale habet verbum qd vtrunq; possit intelligi. **CHRY.** Dicū ergo: Et in illo die scilicet cum resurrexero: Adc non rogabitis quicq; idest non dicetis: O stende nobis patrem & quo vadis. quoniam scientis per spiritum sanctum. vel nō rogabitis me idest non indigebitis mediato, re ad impetrandum: sed sufficiet nomen meum quod invocantes omnia accipietis. vnde sequitur: Amen amen dico vobis: siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. O stendit autē nominis virtutem: si non vi sus neq; rogatus: sed nominatus solum apō patrem facit mirabilia. nō ergo ait. Existimatis quia de reliquo non ero vobiscum: vos δ religos esse. nomen enīm meum maiorez dabit vobis securitatem. vnde sequitur: Usq; modo non petistis quicq; in nomine meo. petite & accipietis: ut gaudium vestrum sit plenum. **THEO.** Alacritas enim vestra tūc erit integrissima: cu; ad vota vobis petita succedent. **CHRY.** Quia igitur obumbata

erant que dicta sunt subiunxit: Hec in proverbiis locutus sum vobis: venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis: id est crux tempus quando scitis omnia manifeste. dicit autem resurrectionis tempus: Sed palam de patre meo annūciabo vobis. Etenīz xl. diebus disputauit cū eis congregatis loquēs de regno dei: Et nunc inquit in timore existētes non attenditis his que dicuntur. tunc autem resuscitatū videntes: poteritis palam omnia dicere. **THEO.** Adhuc prebet illis fiduciam: quoniam recipient in temptationib; auxilium desuper: cum subdit: In illo die in nomine meo petetis. & adeo assero vobis patrem fauere q; neq; interventu meo vterius indigebitis. vnde subdit: Et nō dico vobis: quia ego rogabo patrem pro vobis. ipse enī pater amat vos. Porro ne resiliant a domino: velut eo vterius non egētes subiungit: Quia vos me amastis. q. d. O b hoc diligite vos pater quia vos me diligistis. cum itaq; excideritis ab amore meo confessum & a pater non decidetis. **AVGV.** Sed nūquid ideo amat ille: quia nos amamus: an potius quia ille amat: ideo nos amamus: hoc ipse euangelista in epistola sua dicit: Nos diligamus: q; ipse prior dixerit nos. Amat ergo nos pater: quia nos amamus filium: cum a patre & filio accepimus vt & patres amemus & filii. Amavit ipse quod fecit: sed non in nobis facaret quod amaret: nisi anteq; id facaret nos amaret. **HILA.** vi. de tri. Earet etiā apud patrem intercessionis necessitate perfecta de filio fides: qd a deo exicit credit atq; amat: & per seipsum iaz & audiri meretur & amari: natum ex deo filium missumque confessa. vnde sequitur: Et credidistis quia a deo criui. Natiuitas itaque eius & aduentus ostenditur cū subdit: Exiui a patre & venu in mundum. Alterum in dispensatione: alterum in natura est. A patre enim venisse: & a deo exisse: non est significatiōnis eiusdem cum aliud sit a deo in substantiam natiuitatis exisse: aliud a patre in hunc mundum ad consummanda salutis nostre sacramenta venisse. Cum autem exire a deo sit ex natiuitate subsistere: gd aliud qd deus esse posset. **CHRY.** Quia vero resurrectionis sermo non modicu; eos minigabat: & cum hoc audire q; a deo exiui: &

190

illuc vadit: continue ea circumvoluit unde se  
quitur. Iterum relinquo mundum et vado ad  
patrem. Nam hoc quidem certificabat quoni  
am recte in ipsum credebant: hoc vero quoni  
am sub munitione eius futuri erant. **A V**  
**G V.** Exiit enim a patre: quia de patre est.  
in mundum venit: quia in mundo suum corp  
ostendit. Mundum reliquit corporali discen  
sione: pererit ad patrem hominis ascensione:  
nec mundum deseruit presentie gubernatio  
ne quia sic in mundum venit exiens a patre:  
ut non desereret patrem. Sed dominum Je  
sum christum postea quod resurrexit: et interro  
gatum legimus et rogatum. nam interrogatur  
est a discipulis ascensurus in celum quando  
regnum restituueret israel. Rogatus est a ste  
phano cum esset in celo: ut spiritum eius su  
sciperet. Et quis audeat dicere rogandum non  
esse immortalem: rogari debuisse mortallem:  
puto ergo quod dicit: In illa die me non ro  
gabitis quicquam non ad illud tempus referen  
dum esse quo resurrexit: sed ad illud quando  
videbimus eum sicuti est: que visio non tem  
poralis vite est: sed eternae: ubi iam nihil ro  
gamus: nihil interrogamus quia nihil desi  
derandum remanebit nihil querendum late  
bit. **ALC VI.** Sic ergo dicit: In futuro  
me non rogabis quicquam. sed interim dum in  
peregrinatione huius miserie conuersamini:  
si petieritis patrem dabit vobis. unde subdit:  
Amen amen dico vobis: siquid petieritis pa  
trem in nomine meo dabit vobis. **A V**  
**G V.** Hoc quod ait: Siquid: non quodli  
bet intelligitur: sed aliquid quod non in bea  
te vite comparatione sit nihil. non autem pe  
titur in nomine saluatoris quicquid petitur  
contra rationem salutis non enim sonum lit  
terarum aut syllabarum: sed quod sono recte  
ac veraciter intelligitur hic accipiendum est:  
cum dicit. In nomine meo. Unde qui hoc  
sentiit de Christo quod non est de unico filio  
dei sentiendum: non petit in eius nomine.  
Qui vero quod est de illo sentiendum sentit:  
ipse in eius nomine petit: et accipit quod pe  
tit si non contra suam salutem sempiternam  
petit: accipit autem quando debet accipere.  
Quedam enim non negantur: sed ut congruo  
dentur tempore differuntur. Ita sane intelli  
gendum est quod ait: Dabit vobis: ut ea be  
neficia significata sciantur: his verbis que ad

eos qui petunt propriè pertinent. Exaudiun  
tur quippe omnes sancti pro se ipsis: non au  
tem pro omnibus: quia non unicunque dictum  
est dabit: sed: Dabit vobis. Quod autem se  
quitur: Usque modo non petistis quicquam in no  
mine meo: duabus modis intelligi potest.  
Vel quia in nomine meo non petistis: quod  
nomen non sicut cognoscendum est cognoui  
stis: vel: Non petistis quicquam: quoniam in co  
paratione rei quam petere debuistis pro ni  
bilo habendum est quod petistis: Ut igitur in  
nomine eius non nihil: sed gaudium plenus  
petant subdit: Petite et accipietis: ut gaudium  
vestrum sit plenum hoc quod dicit: gaudium  
plenum: non carnale sed spiritale gaudiu[m] est.  
et quando tantum erit ut aliquid ei iam non sit  
addendum tunc erit plenum. **A V G V**.  
j. dc trini. Hoc est autem plenum gaudium  
vestrum quo amplius non est: frui deo: trini  
tate: ad cuius imaginem facti sumus. **A V**  
**G V.** super ioan. Quicquid ergo petitur quod  
pertinet ad hoc gaudium consequendum: hoc  
est in nomine christi petendum. Isto enim bo  
no in petendo perseverates sanctos suos ne  
quicquam misericordia diuina fraudabit. quicquid  
autem aliud petitur nihil petitur: non quod nul  
la res est: sed quia in tante rei comparatione  
quicquid aliud concupiscitur nihil est. Sequi  
tur: Hec in proverbiis locutus sum vobis:  
venit hora cum ita non in proverbiis loquar  
vobis: sed palam de patre annunciaro vobis.  
Possim dicere hanc de qua lequit horam fu  
rum seculum intelligi: ubi videbimus palam  
quod apostolus dicit: facie ad faciem. ut quod  
ait: Hec in proverbiis locutus sum vobis:  
hec sit quod ab apostolo dictum est: Vide  
nunc per speculum in enigmate. Annuncia  
bo autem vobis quia per filium pater videbit  
ur. neque non patrem quis cognoscit nisi filius:  
et cui voluerit filius reuelare. **G R E G O**.  
xxx. mo. Palam quippe de patre annuncia  
re se assertit: quod per patefactam tunc maiestatis sue  
speciem: et quod ipse dignetur non separari: et  
quod utrumque spissus virius cocternus procedat  
omnibus. **A V G V.** Sed isti sensus ut ipse dicit  
quod sequitur: In illo die in nomine meo petentis.  
In futuro enim seculo quid petentur sumus  
quando satiabitur in bonis desideriis nostris.  
petitio namque alicuius est indigentie. Relin  
quitur itaque ut intelligatur iesus discipulos

uos de carnibus vel animalibus se spiritales esse faciuntur. Homo autem animalis sic audit quodcumque audit de dei natura: ut aliud quod corporis cogitare non possit. Ideo puerbia illi sunt quecumque dicta sapientie de incorporeis immutabilibus substantia non quod tamquam puerbia deputet: sed quia sic cogitat quod qui puerbia solent audire neque intelligere. Cum vero spiritualis ceperit opinionia diuidicare: etiam si in hac vita vult per speculum et ex parte perspici: tamen nullo corporis sensu: nulla imaginaria cogitatione: sed mentis certissima intelligentia: capit deum non corpus esse: sed spiritum. Ita palam de patre annunciantem filio ut cunctam substantiam cognoscias et ipse qui annunciat: tunc in eius nomine petunt qui petunt: quia in sono eius non aliquid quod res ipsa est que hoc nomine vocatur interligunt. Huius possunt cogitare dominum nostrum Iesum christum in quantum homo est pro nobis interpellare patrem in quantum deus est vos exaudire cum patre: quod cum significasse arbitror ubi ait: Et non dico vobis quia ego rogabo patrem pro vobis. Ad hoc quippe studebam quomodo non rogat patrem filius: sed simul exaudiens rogantes pater et filius: non nisi spiritualis oculus mentis ascendit.

**C**HICUNT EI DISCIPULI EIUS. Ecce nunc palam loqueris: et prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia: et non est opus tibi ut quis te interroget. In hoc credimus: quia a deo existi.

**CHRISTUS.** Quia discipulos hoc matrone respire fecit quod erat patris amici: propterea dicunt se cognoscere quod oīa nosset. unde seguntur: **D**icit ei dis. ei: Ecce nunc pa. lo. et puer. nullum dicis. **AUGUSTUS.** Enī autem adhuc promittat futura illa hora in qua sine puerib⁹ locut⁹ est: cur isti hoc dicunt nisi quia illa que scit ipsi non intelligunt: ut nec saltē non se intelligere intellegant. **CHRISTUS.** Quoniam autem ad id quod in corū mente erat respondit subdūt: Nunc scimus quoniam scis oīa. Vides qualiter imperfecte se habebant: qui post tot et tanta demonstrata dicunt: Nunc scimus. et hoc dicunt tandem ei quādā gratiā tribuentes. Et non ē opus tibi ut quis te interroget, hoc ē anteq̄ audias.

hosti ea que scandalizat nos: et quiescere nos fecisti dices: **Q**uoniam pater vos amat. **AUGUSTUS.** Quid ergo vult sibi: quod ei quem sciebant nosse omnia cum dicere debuisse videatur: Non est opus tibi ut quicquid interroges: dicendum potius putauerunt: non est opus tibi ut quis te interroget. **Q**uod vtrumque legimus factum: et interrogasse. **I**. dominum et interrogatum fuisse. Sed hoc cito soluitur qui hoc non ei: sed illis potius opus erat quos interrogat: vel a quibus interrogabatur. Neque enim aliquos ille interrogabat: ut ab eis aliquid disceret: sed eos potius ut doceret: et quod interrogabant eum volentes ab eo aliquid disserre illis profecto id opus erat: ut scirent ab eo aliqua: qui nouerat omnia. Ille autem non opus habebat ut quod ab eo scire quisque vellet: per ipsum cognosceret interrogacionem quia priusque interrogaretur: interrogatorum howeverat voluntatem. **S**ed reuidere autem cogitationes hominum: magnum domino non erat: sed magnum parvulus erat qui subdunt: In hoc credimus quia a deo existi. **HILIA. vii. de tri.** **S**ed id enim creditur quod a deo existit: quia ea que dei sunt agit. nam cum dominus vtrumque dirisset: A deo erim⁹: et a patre veni in hunc mundum: nihil admirationis in eo habuerunt: quod frequenter audierunt. unde non addunt: A patre venisti in hunc mundum. Sciebant enim a deo missus et exisse item a deo nesciebant. Inenarrabilem vero ullam filij nativitatem per virtutem dicti isti intelligentes: tunc primi ceperunt aduertere: cum illum sine puerib⁹ profiterentur esse locutum. Non enim per consuetudinem humani partus deus ex deo nascitur: cuius a deo exitio potiusque partus est. Est enim unus ex uno: non est portio: non est desectio: non est diminutio: non deriuatio: non est protensio: non passio sed viventis nature et vivente nativitas est. Deus ex deo exiens est: non creatura in dei nomen electa: non ut esset cepit ex nihilo: sed exiit a manente: et exisse significationem habet nativitatis: non inchoationis. **AUGUSTUS.** Denique de ipsa eorum etate adhuc secundum interiorē hominem parua et infirma eos admonet. unde subditur.

**C**feria secunda in rogationibus.  
luc*e.*xi. cap.



**Q**uis vestrū habebit amicū  
cum t̄ ibit ad illū media  
nocte: t̄ dicet illi: Amice  
commoda mihi tres pa-  
nes: quoniam amicus me-  
us v̄it de via ad me: t̄ nō habeo quod  
ponam ante illum. t̄ ille deintus respō-  
dens dicat: noli mihi molestus esse: iaz  
ostium clausum est: t̄ pueri mei meciū  
sunt in cubili: non possū surgere t̄ da  
re tibi. Et ille si pseucrauerit pulsans:  
dico vobis: t̄ si non dabit illi surgens  
eo q̄ amicus eius sit propter improbi-  
tātē tamen eius surget t̄ dabit illi quod  
quod habet necessarios.

**CYRIL.** Docuerat supra salvator ad pe-  
nitentiam apostolorum qualiter oportet orare  
poterat autem contingere eos qui hoc saluta-  
re documentum receperant: effundere quidē  
preces iurta traditam formam sed negligē-  
ter t̄ remisse hoc facere: deinde cuz non exau-  
direntur per primam vel secundam orationē  
desistere ab orationibus. Itaq; ne hoc patere  
mur: per modum parabole manifestat: q̄ pu-  
fillanimitas i; orationibus damnosa est. Qui  
lissimum vero est in eis patientiam habere.  
vnde dicitur: Et ait ad illos: Quis vestrum  
habebit amicum? **THEO.** Amicus iste de-  
us est qui omnes amat: t̄ omnes saluos vult  
sicut. **AM.** Quis etiam est nobis amicitor:  
q̄ qui pro nobis corpus suum tradidit? **Da-**  
tur ante; nobis hic aliis precepti modus: vt  
omnibus momentis: non solum diebus sed  
etiam noctibus oratio deferratur. Sequitur  
enim: Et ibit ad illum media nocte. Sicut pe-  
rit daniel quando dixit: Media nocte surge-  
bam ad confitendum tibi. Neq; enim timuit  
excitare dormientem quez scit semper esse vi-  
gilantem. nam si ille tam sanctus: t̄ qui regni  
erat necessitatibus occupat⁹ septies i; die lan-  
dem domino dicebat: quid nos facere debe-  
mus qui eo amplius rogare debem⁹ quo fre-  
quentius carnis ac mentis fragilitate deliqui-

191

mus: q; diligendo dominum detinum tuum nō  
solum tibi: sed etiam alijs poteris emereri.  
Sequitur enim: Et dicet illi: Amice commo-  
da mihi tres pa. quoniam amici mei venit ad  
me de via: t̄ nō ha. qd̄ po. ante illum. **AV.**  
de ver. do. Qui autem sunt isti tres panes:  
nisi mysterij celestis alimentoz: fieri enim po-  
test vt aliquis passus fuerit amicum aliquid  
interrogantez: q̄ respondere possit: t̄ tunc se  
inuenit non habere: quādo coactus est dare.  
Venit ergo tibi amicus de via. i. de vita hu-  
iis seculi: in qua omnes velut peregrini tran-  
seunt: nec ullus quasi possessor manet: s; om-  
ni homini dicitur: Trāsi: da venturo locuz:  
aut sorte d̄ via mala: hoc ē de vita mala fatiga-  
tus. nescio quis amicus tuus non inuenies  
veritatem: qua audita t̄ percepta beatus fiat?  
Venit ad te tanq; ad christianū t̄ dicit: Red.  
de mibi rationem. Et interrogat quod forte  
tu per simplicitatem fidei nesciebas: t̄ non ē  
vnde reficias esuriente: t̄ compelleris que  
rere in dominicis libris fortassis enim quod  
ille interrogauit: in libro positum est: sed ob-  
scurum est ipsum paulum aut petrum aut ali  
quem prophetam interrogare non finieris.  
Jam enim requiescit familia ista cum domi-  
no isto suo t̄ seculi huius ignorantia valida  
est: hoc est nor media: t̄ vrget amicus esuri-  
ens: cui simplex fides non sufficit: Nunquid  
deserendus est ergo ad ipsum dominum: cū  
quo familia requiescit. pulsa orando: de quo  
subditur: Et ille dein. respon. dicat: Noli mi-  
hi molestus esse. qui differt dare: vult vt am-  
plius desideres dilatum: ne vilescat cito da-  
tum. **BA.** Iforsitan etiam ob hoc differt qua-  
si ingeminans tui assiduitatem: t̄ frequentiaz  
erga se: t̄ vt agnoscas quid donuz dei sit: t̄ i  
timore donata custodias. **Quicquid** enim ali-  
quis multo labore acquirit: nimirum custodire  
ne cum illud perdidet: suum laborem amittat.  
**GLO.** Non ergo ausertū impetrandi li-  
centiam sed vehementius accendit desideriū  
orandi: ostensa difficultate consequendi. Se-  
quitur enim: Jam ostium clausum est. **BED.**  
Hoc est ostium quod aperire sibi etiam pau-  
lus exposcit: non solū suis: sed et populi ora-  
tionibuz obsecrans se iuuari: vt aperiatur si-  
bi ostium ad loquendum mysterium christi.  
Et fortasse illud est ostium quod aperitum vi-  
dit ioannes, cui dictū est: Ascende hic t̄ ostē

dā tibi q̄ oportet fieri. AVG. de que. euā.  
Significatur ergo tempus famis verbi: cuz intelligentia clauditur: t illi qui apostolicam sapientiam tanq̄ panem erogantes per orbē terre predicauerunt: iam sunt in secreta quiete: cuz domino: Et hoc est quod subditur: Et pueri mei mecum sunt in cubili. GRE. in sensu: Opportune eos qui per arme iusticie impassibilitatem vendicauerunt sibi pueros appellat: docens q̄ bonum quod per studia i nobis acquiritur ab initio fuerat in natura re positum. nam quando aliquis abrenuncians carni per rationem exercitio vite virtuose passionem confutavit: tunc quasi puer insensibiliter se habet erga passiones. Cubile autē re quiem intelligimus salvatorum. GLO. Et propter premissa subdit: Non possum surge re t dare tibi. quod est ad difficultatem impe trandi referendum. AV. de que. euā. Vel aliter amicus ad quem venitur media nocte: vt accōmodet tres panes: vtq̄ ad similitudinem ponitur sūm quam quis rogat deum in media tribulatione constitutus: vt ci tribuat i intelligentiam trinitatis: qua presentis vite consoletur labores Ipsa enī angustia media nocte est qua cogitur vehementer instare. In tribus autem panibus etiā illud significat unius substantie esse trinitatem. amicus autē ve niens de via intelligitur hominis appetitus: qui debet rationi seruire. seruiebat autem cōsuetudini temporali: quam viam vocat propter omnia transcendentia. Conuerso autē homine ad deum: etiam ille appetitus a cōsuetudine reuocatur. Sed si non consoletur interius gaudium de doctrina spirituali: qua creato ris trinitas predicitur: magne angustie sunt in homine que premis erumna mortalitatis: cuz ab his que foris delectant precipit abstinētia: t intus non est refectio de lenacia doctrine spiritualis: tamen orando efficitur vt accipiat desideratis intellectum a domino: etiam si homo deficit per quem sapia predicitur. Sequit enim: Et ille si perseverauerit pulsans: dico vobis. Et si non dabit illi surgens: eo q̄ amicus eius sit: propter improbitatem tamen cōsurgit: t dabit illi quotquot habet necessarios. Comparatio est a minori: si enī amicus homo surgit de lecto t dat nō amicitia sed tedio compulsus: quanto magis deus dat: qui sine tedio largissime donat quod pentur. AV.

de ver. do. Cum autem peruenieris ad tres panes: hoc est ad cibum t intelligentiam trinitatis: habes t unde vivas: t unde pascas. Ne timeas: ne fineas: non enim panis ille fintur: sed indigentiam tuaū finiet. disce t do ce: viue t pascere. THEO. Vel aliter: Me dia nor finis est vita: in quo multi ad deum adueniunt. Amicus autē est angelus qui accipit animam. Vel media nor est profundus temptationū in quo constitutus petit a deo tres panes: necessitatem. s. corporis anime t spiritus: per que in temptationibus non periclitamus. Amicus autē qui de via venit ipse deus est qui in temptationibus nos probat: cui non habet quod apponat qui in temptatione infirmatur. Quod autem dicit: Et clausa est ianua intelligendum est q̄ docet nos ante temptationes preparatos esse: postq̄ vero tentationi incidimus: preparationis ianua clauditur: t īparati inueni: nisi de⁹ adiunet plorandumur.

C Et dico ego vobis: Petite t dabitur vobis: querite t inuenietis: pulsatate t aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: t qui querit inuenit: t pulsanter aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapides dabit illi: Aut pisces: nunquid proprie serpente dabit illi: Aut si petierit ouum: nunquid porrigit ei scorpionem: Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quantum agis patet vester de celo dabit spiritum bonum potentibus se.

AV. de ver. do. Postea similitudine adiunxit exhortationem dominus: t omnino stimulauit nos querere: petere: pulsare: donec accipiamus quod petimus. unde dicit: Et ego dico vobis petite t dabitur vobis. CJ. Quod dicit Dico vobis: vūm habet iuramenti: de⁹ n. non mentitur. Quandoque autem innuit audientibus aliquid cum iuramento ostendit inexcusabilem nostre fidei parvitatē.

CHR Y. Per petitionem autem orationem ostendit: per inquisitionem vero studiū t solitudinem cum subdit: Querite t inuenietis. que enim queruntur plurima cura in digēt: quod maxime est in deo. Plura nāq̄

1072

sunt que sensum nostrum impediunt: sicut ergo autem perditum querimus: sic deum sicut perquiramus. O stendit etiam quod quis non aperiat illico ianuam: imorandus est. unde subdit: pulsate et aperietur vobis. quod si querens imoraberis: utique recipies: ob hoc reclusum est ostium ut faciat te pulsare: ideo non morannit ut exposcas. **G R E C V S.** Videlicet hoc quod dicit: pulsate: forsitan insinuat petere cum effectu. pulsat enim aliquis manu. Boni autem operis signum est manus: vel hec tria possunt aliter distingui. virtutis. n. initium est petere notam fieri viam veritatis. Secundus vero gradus est querere qualiter oporteat transire per viam. Tertius gradus est ut cum virtutes attigerit pulset ad ostium. ut in tunc spatiisam cognitionem que omnia orando aliquis acquirat. Videlicet petere quidem est orare: querere vero per bona opera agere oratione condignam. pulsate autem est orationi immorari nec desistere. **A V G V.** de ver. do. Non autem nos tantum hortaretur: ut petremus nisi dari vellet. Erubescat humana pigritia: plus vult ille dare quam nos accipere. **A M.** Qui autem promittit aliquid: spez dicitur: ut momentis obedientia deferaatur: promissis fides. et ideo subdit: Dominus enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. et pul. aperietur. **O R I.** Queret autem aliquis qualiter quidam orantes non exaudiantur? Ad quod dicendum quod quicunque recto transeunt ad querendum accedit: nil omittens ex his que coferunt ad petitionum obtentum: accipiet reuerata quod precatus est dari sibi. Si quis autem dinertens a proposito vere petitionis: cum non petat: ut decet: non petit: Quo sit ut cum non recipiat: quod hic dicitur: non falsificetur. Magister magistro dicens: Quicunque veniet ad me: suscipiet disciplinarum peritiam radire magistrum realiter accipiens. hoc est ut feruenter et diligenter vacet documentis ipsius. unde et iacobus dicit: Petitis et non accipietis: eo quod male petatis. sed causa voluptatum vanorum: Sed dicet aliquis immo cum aliqui rogant pro diuina noticia obrimenda: et recuperatione virtutum non obtinent: cui dicendum: quod non propter se bona petiuerunt accipere: sed ut commendentur per ea. **B A.** Si quis etiam ob torporem exhibeat se desideriis et traditor sui fiat in manus hostium: hunc deus nec ad

invitat: nec exaudit: eo quod per peccatum alienus se fecit a deo. decet ergo offerre quidem quicunque interest sua clamare autem ad deum ut adiuuet eum. Est autem diuinum subfidium implorandum non remisso ac mente huc illucque vagante: eo quod talis non solum non impetrabit quod petat: sed magis dominus irritabit. nam si aliquis coram principe stans fixum habet et intrinsecum et extrinsecum oculum: ne forsitan puniatur: quantum agis coram deo attenuum ac tremebundum oportet assistere. Si vero debilitatus a peccato fire nequis orare quamcumque potes te ipsum cobibeas: ut stando coram deo ad eum dirigas intellectum: et deus ignoroscit: eo quod non ex negligentia sed ex fragilitate non potes ut oportet assistere coram deo. Si sic ergo ipsum compellis ne discedas donec accipias. Ideo ergo quandoque petitis et non accipis: quia perperam postulasti: vel infideluer vel leviter: vel non conscientia tibi: vel destitisti. Sepius autem quidam obuiant dicentes: Quare oramus: an ignorat deus quibus opus est nobis? Nouis quod petis: et omnia spiritualia uberioris dat nobis et antequam postulemus: sed opera virtutis et regnum celorum oportet prius optare: optantem vero querere: ingerentem per fidem et patientiam quicquid interest sua: in nullo delicto redargutum a propria conscientia. **A M.** Ergo preceptivus locus frequenter orandi spes est impetrandi: ratio autem persuadendi prius fuit in precepto: postea fit in exemplo: quod ostendit subdens: **Q u i s** autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi? **C I.** In quo instruit nos saluator quiddam necessarium. frequenter enim in consulo voluptatum impetu irruimus ad perniciosa desideria. Cum igitur aliquid talium a deo petimus: nequaquam impetrabimus: ad quod ostendendum virut patenti exemplo et his que penes nos sunt. cum enim filius tuus petit panem: gratanter propinas: quia cibum petit opportunum. Quando vero sensus penuria lapidem poscit ut comedat non affers ei: sed potius prohibes eum a nocuo desiderio: ut sit sensus: **Q u i s** autem ex vobis patrem petit panem. quicunq; scilicet pater dat. Nunquid lapidem dabit illi? scilicet si petierit. Eadem quoque ratio est in serpente et pisce de quo subdit.

dit. Aut pīscem: nunquid pro pīscē serpen-  
tem dabit illi? Et similiter in ouo & scorpīo.  
de quo subdit: Aut si petierit ouum nunquid  
porriget illi scorpionem? ORIGE. Tu ta-  
men attende: si panis quidem est anime cib⁹  
in cognitione: sine quo non cōtingit saluari:  
puta perspicar ratio vite debite. pīscis autem  
est amor discipline: puta mundi constitutio-  
nem agnoscere: elementorum effectum: & q̄  
cūq̄ consequēter dissenserit sapientia. Itaq̄ nec  
vice panis deus propinat lapidem: quez vo-  
lēbat diabolus a christo manducari: nec vice  
pīscis serpentem quem comedunt ethiopes:  
indigni pīsces comedere. nec simpliciter dat  
vite nutritiue & utilis nō comestibilia & noxi-  
ua: quod refertur ad scorpionez & ouū. AV  
GV. de que. euan. Vel potius intelligitur  
charitas propter maiorem appetitum tam ne-  
cessarium ut sine illa cetera nihil sint: sicut si-  
ne pane mensa inops: cui contraria est cordis  
duritia quam lapidi cōpuit. pīscis aut̄ intel-  
ligitur fides inisibiliū vel propter aquā ba-  
ptismi: vel quia de inisibilibus locis capit.  
Qd̄ etiā fides huius mūdi fructibus circūia-  
crata non frangit: recte pīsci cōparat. Enī cō-  
trariā posuit serpentem propter venena fal-  
acie: que etiā primo homini male suadendo  
preseminauit. In ouo itelligi spes ouum. n.  
nōdū est fetus perfectus: sed voulendo spa-  
tur. Eui contrariū posuit scorpionē: cui acule-  
us venenatus retro tumēdus ē: sicut contrari-  
um speci est retrospicere: cum spes futurorū  
in illa que aī sūt se extēdat. AVGV. de X.  
domini. Quāta tibi loquit mūdus: q̄ta post  
dorsum strepit ut retro respiciat? O mūde i-  
munde quid strepis: qd̄ auertere conaris. te-  
nere vis periēs qd̄ faceres si maneres. quem  
nō deciperes dulcis: si amarus alimenta mē-  
tiris. CI. Et premisso autē exēplo cōcludit:  
Si ergo vos cū fitis mali. i. cū mētem susce-  
ptuam prauitatis geratis: non autē vnifor-  
mē & fixam in bono sicut deus. BEDA.  
Vel malos vocat seculi amatores: qui dant  
illa que fin sensum suū iudicant bona q̄ etiā  
in sua natura sunt bona & ad usum iſfirme vi-  
te pertinent: vnde subdit: Mōstis bona data  
dare filiis vestris. Apostoli etiam qui merito  
electionis bonitatem humani generis excesser-  
eant: superne bonitatis respectu mali esse di-  
cuntur: quia nihil per semetipsum bonū nisi

delta sola. Qd̄ pī o subditur. Quātū magis  
pater vester de celo dabit spiritū bonum petē-  
tibus se: ipso quo mathe⁹ posuit: Dabit bo-  
na cōpetētibus se. ostēdit spiritū sanctū ple-  
nitudinē honorū dei: quia omnes utilitates q̄  
ex donorum dei gratia suscipiunt: et isto for-  
te emanant. ATHA. Nisi aut̄ spūscūs es,  
sei de substantia dei qui solus est bonus: ne,  
quaq̄ hic appellaretur bonus: quādo dñs re-  
uuit dici bonus in eo q̄ homo fac⁹ ē. AV,  
GV. de ver. do. Ergo quare quid queris:  
aut si aliud petas: quid tibi sufficiat: cui deus  
non sufficit?

## C In vigilia ascensionis. Joannis xvii. capi.

**S**bleuat̄ iesus oculis i  
celū dixit. Pater venit  
hora clarifica filium tuū  
vt filius tu⁹ clarificet te.  
Sicut dedisti ei potestatē  
omnis carnis: vt omne quod dedisti ei:  
det eis vitam eternam. Hec est autē  
vita eterna: vt cognoscant te solum de-  
um verum: et quem misisti iesū christū.  
Ego te clarificauī super terram: opus  
consummaui quod dedisti mihi vt faci-  
am. Et nūc clarifica me tu pater apud  
temetipsū claritate quam habui prius  
q̄ mundus esset apud te.

CHRYS. Propter hoc i celū oculos eleus  
ut vt nos doceret extēsionē q̄ est i oratiōibus  
vt stantes sursum aspiciamus: nō oculis car-  
nis solum sed & mentis. AVGV. Docie-  
rat aut̄ dñs in forma serui si hoc opus cēt ora-  
re filētio. sed ita se patri exhiberi voluit preca-  
torim: vt incrinisset nostrū se eē doctorem.  
Proinde nō solū ad ipsos sermocinatio: sed  
etiam p̄o ip̄is ad patrem ořo discipulorū est  
edificatio. Prefecto & nostrū q̄ fueram⁹ con-  
scripta lecturi. hoc aut̄ qd̄ ait: pater venit ho-  
ra. ostēdit omne tempus & qd̄ qn̄ faceret: vd  
fieri sincret: ab illo eē dispositū: qui temporū  
subditus nō est: non aut̄ credat hec hora fati-  
vrgente venisse: sed deo potius ordinatē. ab/  
sit enī vt fidera mori cogere siderū cōditore.

193

HILA. iii. de tri. Non die ait nō tps sed hora venisse dicit: In hora dicti portio est. et q̄ erat hec hora: iam nūc cōspuendus: flagellandus: crucifigendus erat: sed clarificat pater filium. Sol de cursu operis defecit: et interitus suū cū eo reliqua mundi elemēta senscrūt: ad onus dñi in cruce pēdētis terra tremuit: et in cū qui moriturus erat intra se contestata est n̄ capere. Proclamat cētūrio: Verē filius dei erat iste. predictio cōsentit effectus dñs direrat: Clarifica filium tuum. non solum nomine cōtestatus est esse se filium: sed et proprietate qua dicitur: Tuum. multi. n. nos filii dei; sed non talis h̄ filius. b. n. proprius et ver⁹ ē filius origine: nō adoptione: veritate nō nun cupatiōe: nativitate nō creatiōe. ergo postclarificationē eius veritatem confessio secuta est nam verū dei filium centurio cōficeret: ne qs credentium ambigeret: qđ aliquis persequentiū nō negasset. AVG. Sed si passione clarificatus dicitur: qđ omagis resurrectio ne? Nam in passiōe magis esse humilitas qđ claritas cōmēdatur. qđ ergo ait: Idater venit hora: clarifica filium tuū. sic intelligendum ē tandem dixerit: Venit hora seminande humilitatis: fructū nō differas claritatis. HILA. iii. de tri. Sed forte infirmus reperiet filius dum clarificationē potioris expectat. Et qs nō patrē potiore cōficeret cū ipse dicat: Idater maior me est. Sed caudū est: ne apud imperitos gloriam filij honor patris infirmet. nam sequit: Ut filius tuus clarificet te. Non ergo infirmus est filius: vicem clarificationis ipse cum clarificādus sit redditur⁹. Ergo ex postulatio clarificationis dāde: vicissimq̄ redende eandem in utroq̄ ostendit divinitatis virtutē. AVG. Merito aut̄ querit: quō patrem clarificauerit filius: cum sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana: nec augeri potuerit in sua perfectio ne divina. Sed apud homines minor erat qn̄ in indea tñmodo deus notus erat. qz vero p̄ euangelium xp̄i factum est: vt pater inotesceret gentibus: patrem clarificauit et filius dicit ergo: Clarifica filium tuū: vt filius tu⁹ clarificet te. ac si dicat: Resuscita me: vt innotescas toti orbi per me. deinde magis pandens quomodo clarificet patrem filius subiungit: Sicut dedisti ei potestate omnis carnis: vt omne qđ dedisti ei: det eis vitā eternā. Dēm

carnē dixit omnem hominem: a parte totum significans. hoc aut̄ q̄ pt̄as xpo a patre data ē omnis carnis: sūm hoīcm intelligendum est. HILA. iii. de tri. Caro enī factus ipse vi te eternitatem erat caducis et corporeis et mortalibus redditurus. HILA. ix. de tri. Vel acceptio pt̄atis sola ē significatio nativitatis: ī qua accepit id qđ est. Non est infirmitati dato deputanda: cum in eo significet pater esse qđ dederit: et in eo filius deus maneat: q̄ vīte eternae dande sumpscrit pt̄atē. CHR. Dicit aut̄: Dedisti ei po. om. car. vt ostēdat q̄ nō ad iudeos solos sua pdicatio sed ad totum orbē terrarū extēditur. Sed qđ est qđ dicit: oīs carnis: Nō enī utiq̄ oēs crediderūt. Et qđem qđtu ex eo est: oēs crediderunt. Si vero nō attēdebant his que dicebantur: non eius qui dicebat est criminatio sed eoꝝ qui n̄ suscepērunt. AVG. Dicit ergo sicut de di. ei po. om. car. ita te glo. filius idest notum te faciat omni carni quam dedisti ei: et ei vītam eternam. HILA. Tertio de trini. Sed in quo tandem eternitatis vīta est ostendit cum subdu: Hec est au. vi. eter. vt cog. te so. ve. de. Vīta est vītu deum nosse: sed solum hoc nō facit vītā quid ergo cōnectī: Et quē misisti iesum christum. HILA. iii. de tri. Dum aut̄ arriani intelligunt solū patrē vītu deum: solū iustum: solum sapientēz: a cōione horū sūm hos filius sc̄p̄t. Soli enī vt aiunt propria non participantur ab altero: que si in patre solo et non in filio existimabuntur necesse est vt filius deus falsus et insipiens esse credatur. HILA. v. de tri. Nulli aut̄ dubium ē vītātē ex natura et ex virtute ec̄. vērum enī triticum est qđ in far cōminutū et in panē coctū et in cibum sumptum reddit ex se et naturā panis et munus. Quero ergo ī quo filio vītas dei desit: cui non desit dei nec natura nec virtus. Nature enī sue vītū vīsus est: vt essent que non erant et fierent que plācerent. HILA. ix. de tri. An forte qđ ait: Te solum: cōionem atq̄ vītātem suā a deo separat. Separat sane si non ad id quod ait: Te solum vīrum deum: cōtinue subiecī: Et quem misisti Iesum christum. Id enim ecclesie fides christum vīrum deum confessā est: q̄ solum vīrum deum confessa patrē sit. non enim vītāgenito deo nature demutatio-

nem naturalis nativitatis itulit. AVG.  
vi. de trini. Videndum est ergo an intelligere cogamur: cum dictus est patri: Ut cognoscatur te solum verum deum. tanquam hoc insinuare voluerit: quia et solus pater deus verus est: ne non nisi ipsa tria simul: patrem et filium et spiritum sanctum intelligemus esse deum. Nunc ergo ex domini testimonio: et patrem solum verum deum dicimus: et filium solum deum verum: et spiritum sanctum solum verum deum: et simul patrem et filium et spiritum sanctum. i.e. simul ipsam trinitatem non tres veros deos: sed unum verum deum. AVG. sup. io. Vnde ordo verborum est: ut te et quem misisti Iesum christum cognoscant solum verum deum. Inter enim et spiritus sanctus intelligitur: quod spiritus est patris et filii tantum charitas co-substantialis ab omnibus. Sic igitur filius glorificat te: ut oib[us] quibus dediti ei te cognitum faciat. Proinde si cognitio dei est vita eterna tanto magis in vita eterna quam in mortali in hac cognitione proficimur: si autem moriemur in vita eterna. Tunc ergo dei cognitione perfecta erit: quando nullus mors erit summa fons dei clarificatio: quia summa gloria. A verbis autem gloria diffinita est frequens de aliquo fama cum laude: at si homo laudatur: cum fame creditur: quoniam deus laudatur: quoniam ipse videbitur. propter quod scriptus est: Beati qui habitat in domo tua: in secula seculorum laudabunt te. ibi erit dei sine fine laudatio: ubi erit dei plena cognitio: et ideo clarificatio. AVG. i. de tri. Quod autem dixerit famulo suo moysi: Ego sum qui sum. hoc contemplabimur cum vivemus in eternum. AVG. iiij. de tri. Cum n. fides nostra videtur fiat veritas: nunc mortalitatem nostram commutat tenebit eternitas. AVG. sup. io. Sed prius hic clarificat deus: cum annunciatus hominibus in nomine testis: et per fidem credentibus predicas. propter quod dicit: Ego te clarificavi super terram. HILA. iiiij. de tri. Hec quidem: clarificatio yicissimudo non pertinet ad divinitatis prospectum: sed ad honores qui ex cognitione ignoranti suscipiebatur. CHR. Vnde bene dixit: Super terram. In celo enim glorificatus fuerat: et in natura gloriam habens: et ab angelis adoratus. non igitur de illa gloria ait que substantie eius est: sed de ea quod ad culturam hominum pertinet. unde subdit: O pus consum. quod dedi. mihi. ut faciem. AVG. Non autem: Jussisti: sed dedi. scilicet. ubi comedat cuiuslibet gratia. quod enim habet

quod non accepit etiam in unigenito humana natura. Sed quo consumauit opus quod accepit ut faciat: cu[m] restet adhuc passionis experimentum: nisi consummasset se dicit: quod se consummaturus certissime nouit. CHR. Vnde dicit: Consummaui. quasi ea que ex parte mea sunt opera feci: aut quia cum id quod maximum est factum est: dico potest totum iam factum esse. Radix enim bonorum submissa erat: quia oino debebat se qui fructus: et quia his que futura erant: ipse iam aderat et copulabatur. HILA. ix. de tri. Post que: ut meritum obedientie: et sacramentum totius dispensationis intelligeremus adiecit: Et nunc clari. me tu pa. apud temetip. AVG. Supra dicerat. Pater venit hora: clarifica filium tuum: ut filius tuus clarificet te. In quo verborum ordine ostendebat prius a patre clarificandum filium: ut patrem clarificaret filius. modo autem dicit: Ego te clarifico: et nunc clarifica me. tantumque prior ipse patrem clarificaverit: a quo deinde ut clarificet exposuit. Ergo intelligendum est utrumque verbo superiorius usum eo ordine quo futurum erat: modo vero usum verbo preteriti respondens de re futura: velut si dirisset: Ego te clarificabo super terram: opus consumando quod dedisti mihi ut facias et nunc clarifica me tu pater: que est oio eadem sententia: nisi quod hic additur clarificatio modus cum subdit: Claritate quam habui: priusque mundus fieret apud te. Ordo verborum est: Quam habui apud te: priusque mundus esset. hoc quidam sic intelligendu[m] putauerunt: tandem natura humana que suscepta est a verbo consummata in verbum: et homo mutaret in deum: si diligenter cogitemus homo perire in deo. Non enim quisque ex ista mutatione hominem vel duplicari dei verbum dicitur est: vel augeri sed quisque dei filius predestinationem negat: hunc cundem filium hominis negat. Cum ergo videret illum predestinatione sue glorificationis venisse iam tempore: ut et nunc fieret in redditione: quod fuerat in predestinatione iam factum oravit dicens: Et nunc clarifica me tu pater et ceterum. illa claritate quam habui apud te in predestinatione tua tempus est ut apud te habeam etiam vincere in dextera tua. HILA. iiiij. de tri. Vnde orabat ut id quod ex tempore erat: gloriam eius que sine tempore est claritatis acciperet: ut in dei virtute et spiritus incorruptionem transformata carnis corruptio absorbetur.

**C**Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant et mihi eos dedisti; et sermo nem tuum seruauerunt. Nunc cognoverunt quia omnia que dedisti mihi abs te sunt. Quia verba que dedisti mihi: dedi eis: et ipsi acceperunt et cognoverunt vere quia a te exiui: et crediderunt quia tu me misisti.

**CHRY.** Quia dixerat: O pus consumauit. manifestat quale opus: ut s. nomine dei manifestaret. unde dicit: **M**ani. no. tu. ho. quos de. mi. de mundo. **AVGV.** Qd si de his tantum dicit discipulis cum quibus cenauit: non pertinet hoc ad illam clarificationem: de qua superius loquebat qua filius clarificat patrem. quanta est enim gloria. xij. vel. xi. ino. tescere potuisse mortalibus. Si autem quod ait: **M**anifestavi nomine tuu hominibus quos dedisti mihi de mundo: omnes intelligi veluit qui in eum fuerant credituri: est plane ista clarificatione qua filius clarificat patrem. et tale est quod ait: **M**da. no. s. quale illud qd supra dixerat: Ego te clarificavi. pro tempore futuro: et illic et h preteritu ponens: sed de his q iā erāt discipulis: n de oibus qui i illū fuerāt credituri eu, hoc dirisse ea q sequitur credibili demīrant. ab ipso ergo orōnis sue exordio omnes suos dominus volebat intelligi: quibus notū faciendo p̄fēm clarificat eū. Cum enim dirisset: si filius tuus clarificet te mor quēadmodū id fieret demonstravit dices: Si. de. ei. po. om. car. iā nunc qd de illis a quibus sūc audiebat discipulis suis dicat: **M**da. no. tu. ho. q. de. mi. de mū. Mō ergo dei nomine nouerāt cū essent iudei: et vbi est quod legif: Notus i iudea de us: et in israel magnū nomine eius. Ergo intelligendum est: **M**da. no. tu. ho. istis quos dedisti mihi de mundo. qui me audiunt pec dicent: nō illud nomine tuum qd vocaris deu: s illud qd vocaris pater meus: quod nomine manifestari sine ipsius filii manifestatione n pos sit. nam q deus dicit vniuerse creature etiam oibus gentibus anteqz in christum crederent non enim eē potuit hoc nomine icognitū. In hoc ergo q fecit hūc mūdū: et anqz ibuerent i fide xpi: notus i omnibus gentibus de. In hoc autem q nō ē cū dijs falsis colēdus: uotus i

indea de. In hoc x o q pater ē hui⁹ christi: p quē tollit peccatū mūdi. hoc nomine ci⁹ p̄oc cultū: nunc manifestauit eis quos dedit ei p̄ ipse de mundo. Sed quo manifestauit si non dū venit hora: de qua supius dixerat: q veni et hora cū iā n i puerib⁹ loquar vobis: p̄in de itellendū ē p tpe futuro preteritu positiū.

**CHRY.** Vel q ipm christum filiū habeat: manifestauerat eis iam et verbis et rebus.

**AVGV.** Per hoc autem quod dicit: **D**edisti mihi de mundo: dictum est de illis q nō essent de mundo: sed hoc eis regeneratione prestit: n generatio. Quid ē autem quod seq̄: Tui erant: et mihi eos dedisti: An aliquādo habuit pater aliquid sine filio: absit. Verūtū habuit aliqd aliquādo dei filius qd nōdū habuit idem ipse hois filius q nōdū erat homo factus ex mīc. quapropter quod dicit: Tui erāt nō ide se separauit dei filius: sed solet ei tribuere oē qd potest a quo ē ipse qui pōt. qd itaqz ait: Et mihi eos dedisti. Sim hoīem se accepisse hāc p̄tācim vt eos habere ostendit: et etiam ipse fibi eos dedit: hoc est cum patre deus christus: homini christo: qd cū p̄fē nō est. Hoc autem dixit vt ostendat eaz que ad p̄fē vnanūitatē: et qm̄ placet patri vt filio credat. unde seq̄: Et ser. tu. seruauerūt. **BEDA.** Sermones patris semet ipsum appellat: quia per ipsum pater omnia condidit: et in se continet omnes sermones ac si diceret: **M**emorie commendauerunt vt nūqz obliuiscantur. vel dicit: Et sermonem tuum seruauerunt. in eo scilicet qd mihi credidunt. unde sequitur: Et nunc cognō. quia om. que dedi. mi. abs te sunt. Quidam autem dicunt hanc esse litteram: Nunc cognōi ga omnia que dedisti mihi: abs te sunt: sed hi non habent rationem. Quomodo enī pōterat ignorare filius que sunt patris: sed de discipulis dictum est. q. d. Didicerunt qd nihil est in me alienum extra te: et qd quecunqz doceo tua sunt.

**AVGVSTI.** Simul autem pater dedit ei omnia cum genuit qui habet omnia.

**CHRY.** Et unde didicerunt: ex verbis meis quibus docebā eos. quoniam a te exiui. hoc enim per totum stu debat ostendere euangelium. unde sequitur: Quia ver. que de mi. de. eis. et ip. acceperūt.

**AVGV.** id est intellecerunt atqz tenue runt. Tunc enim verbū accipit qm̄ mēte per capitur. unde sequitur: Et cognoverunt ve.